UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Augustae Taurinorum, 1578**

Restitutione in integrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

An appellans poſsit renũciare appellationi inuito appellato, Cy.& Bal. in l.fi.quan.prouoc.non eſt ne.& l.per hanc in fi de tem.ap.

Nota ꝙ ſi alicui eſt delegata cauſa appellationis, an poſsit cognoſcere de nullitate. Bal.in l.1.quan.prouo non eſt ne.dicit quod ſic.

An ille qui appellat, teneatur ſcire ſententiam à quo appellat? dic ꝙ debet ſcire, & an ſcire præſumatur, & an abſens præſumatur ſcire, Bal.in l.j. de temp.app.

An à momentanea poſſeſsione poſsit appellari. Bartol.in l.creditor.§. iuſſus.ff.de ap.& l.ſecunda. ff.de ap.reci. Bald.in l.ſi clericus.de epiſ.aud. vide de hoc Guil.de Cu.in dic.l.vnic. C.ſi de mom. poſ.fu.app. Et minor poterit appellari, & in integrum reſtitui petere, vt ibi per Bald fac.quod no.ipſe in l.ſecunda.C.de epiſco.aud.& l.conſentaneum. C.quom.& quã. iud.& l.poſt ſent.de ſen. & int.om. iud.& l.prima.de ap. Innocent.in captul.cum ad ſedem. de reſti. ſpo.& ibi gloſſ. ord. ad fin. capitul. & ibi vide Ioan.qui expreſſe dicit, quòd ſi creditor per hypothecariam petit ſibi pignus reſtitui, & iudex præcipit, debitorem debere reſtituere, & debitor apellet, quòd non auditur: quod videtur ſatis mirabile.ſed puto illud dictum intelligendum quando debitor de plano confitebatur debibum, & ſic nulla erat quæſtio niſi poſſeſſorij, aliter videbatur dictum illud concludere, quòd à ſententia lata ſuper hypotecaria, quæ ſolam poſſeſsionem aduocat.l.ſi venditor. in princip.ff.de eui. non poſsit appellari. quod non videtur poſſe ſtare.

An poſsit appellari à ſententia qua pronunciatum eſt contra arbitramenta.fa. Bar.in l.nemo pot eſt.de leg.1.& c.conqueſtus. de fer.per Innõ.

An pendentia nullitatis operetur id quod ſententia appellationis. Inno.in c.cum in iure peritus.ext. de of.del. & c.ſolet.de ſen.exc. Dy.in l.2. §.ſeruus.de acq.poſ l.fi.de ord.cog. Bal. in l.furti.de his qui no.inf.& l.ab executione.quor.ap.non reci.

Nota ꝙ ille qui non appellat videtur conſentire, de quo per Bal.in dic. l.ab eo.& qualiter hoc intel.ibi ſ.Iac.But.& Pe.in aut.hodie. C.de ap.per Bal.

Appellatio interpoſita à ſententia arbitri non eſt proprie appellatio. Bal.in l.eos.§.vt temere.de ap.Ang.in l.arbitro.qui ſa.cog.

Iudex appellationis quando tertius appellat, qualiter pronunciabit, & an tertia perſona veniens ex tranſuerſo quę nunquam appellauit, poſsi tertio appellare, & an ſententia mandetur executioni in præiudicium vnius, non alterius, & an pronunciabit pro appellante, & an reſcindet in totum ſententiam etiam contra principalem. de his Inno. in c.cum ſuper. de re iud.

An in cauſa appellationis ſit neceſſarius libellus, Inno.in c.cum contingat.de of.del.de quo Bal. in auth. hoc ſacramentum.de iura.cal. Arc.in c. 2.de iur.cal.lib.6.

Ab executione ſententiæ licitum eſt appellare quando exceditur modus.& quando dicatur excedi modus, Hoſt.in c.quod ad conſultationem. de re iud.& Bald.in l.ab executione.quor.ap.non reci.& etiam ibi ponit qualiter exceditur modus. & quando appellatur ab executione, debet inferi cauſa in appellatione, vt vbi ſ.per docto.

Nota ꝙ licet appellatio ſuſpendat pronunciatum, & ea quæ ordinantur ad ipſum, non tamen ſuſpendit litis conteſtationem, nec ea quæ ordinantur ad ipſam, Bal.in l.ita demum.de proc.Io.in c.fi.de ap.lib.6.Bal.in l.ſi eam.C.de tranſac.

A ſententia arbitri non appellatur, vide Bal.in l.1.& in l.illa inſtitutio de hære.inſt.& Bar.in l.j. à qui.ap.nõ li.& an poſsit peti reſtitutio in integrum, ſpec.in ti.de reſti.in inte.§.ſciendum. ver.hoc etiam ſcias. Bal.in l. vnic.ſi de mom.poſ.fuer.ap.& in rub.de ap.C.& in l.arbitro.qui ſatiſ.cog. Bar.in l.nemo.de leg.1.

Nota ꝙ quando cauſa nullitatis eſt mixta cauſæ appellationis, poſt tpa fatalia non poteſt appellans proſequi cauſam nullitatis: quia eiſdem fatalibus perit nullitas & iniquitas. Ang.in l. Papinia. §.ſi filius. de inof.teſt.

An à ſententia ſyndicatoris poſsit appellari, Cy.& Bartol.in l.nulli C. quor.ap.non reci.Bal.ibi contra Cy.

An ſi eſt deſerta appellatio, ſit deſerta nullitas. Bal.in l.tale pactum, §. qui prouocauit.de pac.in repet.

Si quis promiſsit ſtare ſententiæ quæcunque eſſet, Bal.in rep.l.tale pactum.§.qui prouocare.de pac.

An appellatio ab interlocutoria poſsit iuſtificari ex noua probatione, & ex allegationibus.Bal.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.

Quando pronunciat ſententiam exequendam, vel non, an poſsit appellari, in l.ab executione.quor.ap.non reci.& gl.

An poſsit apoellari à primo & à ſecundo decre. Bal.contra Bar.in l.2. C.de epiſ.aud.

An appellatione pend.poſsit in integrum reſtitutio peti, Bal.in l.ab eo. C.quomo.& quan.iud.gl.in l.rem. C.ſi aduerſus rem iud.fac. Bal.in l.1.C. ne lice.in vna re ter.prouoc.

An appellatione pendente ab interlocutoria poſsit procedi in principali negocio, Bal.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.

An interlocutoria poſsit contrario imperio reuocari in qualibet parte proceſſus, Bal.vbi ſ.

An dicenti ſententiam nullam currant tempora appellandi, Bald.in l. contra maio.C.de inof.teſt.

Quæ ſtatuta ſeruabit iudex appellationis, Inno.& Compoſt.in Rub.de conſuet.& c.1.& ext.de ferijs.c.conquæſtus.

An poſsit appellari à ſententia, qua pronunciatur ſententiam exequendam vel non, Bal.in l.ab executione.quor.ap. non rec.dicit ꝙ non.licet gl. contra.

Nota ꝙ d.Ang.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.dicit, ꝙ ſi medici adibiti ſuper cicatrice, vel agri menſores ſuper menſura agrorum, vel obſtetrices ſuper ventre inſpiciendo, vel notarij ſuper comparatione literarum, vel archiatri ſuper ualore bonorum, poteſt appellare pars grauata ad iudicem de principali cauſa cognoſcentem.

Nota ꝙ ab inerlocutoria lata [illegible] princip. 6.& l.qu[illegible] idem ſi feratur ſuper incidenti vel emergenti [illegible] [illegible]em cum præteri

iudicio uel ſine præiudicio cauſæ principalis ab alijs autem interlocutorijs non appellatur, tamen poſſunt peti contrario imperio reuocari, ꝙ nõ eſt minus quam appellare Bar.in l.arbitro.qui ſatiſ.cog.ubi ponit caſus in quibus appellatur ab interlocutorijs. de hoc Bal. in l.1.ſi quis ius dicen. non obt.& l.ubi pactum.de tran.fac.quod no.Bal.in l.ante.quo.ap.nõ reci.

An falſa demonſtratio uitiet appellationẽ. Bal.in l.etiam.C.de fal.cau. adiec.leg.puta appellatio à tali ſententia lata tali die, & erat lata alia die.

An eadem ſint fatalia appellationis & nullitatis. Bal.in l.qui teſtamento.de excu.tut.

a ¶De reſtitutione in integrum[a]. Rubrica.

IN præcedenti titulo de vno modo, quo ſententia valida ſubleuatur, ſcilicet de appellatione, prælibauimus: & quoniam per in integrum reſtitutionem ſimiliter ſubleuatur, vt diximus ſ. de ſententia, § quo-
b niam. ſ.[b] ideo de hac materia vtile viſum eſt aliqua pertractare. Et licet de hac materia ſatis j.in trac.lib.ſuper hoc eodem titulo dixerimus, hic tamen aliqua in ſupplementum adiiciamus, dicentes, quid ſit in integrum reſtitutio: quis, & quando poteſt eam petere: & qualiter: & intra quod tẽpus: & quis poſſit eam
c concedere: quis ſit eius effectus[c].

ADDITIONES.

a ¶ Practici autores neglexerunt hanc rubricam. Ex antiquioribus ſolus Tan.illam poſuit: & eſt vltima in opere Rof. de of.iud.quo reſtitutio datur minori. Ioan.de Deo Cauil.rub.pen.per totum, & aliquid lib.4.rub.1. in li. Iudicum parte 1.rubrica antep.& parte 2.rub. vltima, & parte 3.in ſex vltimis rubricis. ¶ Aegi, ſolum vnam formam libelli poſuit ca.22.Io. And.

b Quoniam.ſ. ¶ Vltimus §.eſt.Io.And.

c Effectus. ¶ Omnia iſta membra fuerunt Tan.vbi ſ. Hoſt.ponit 12.membra in Summa e.tit. Eſt ſciendum, quod M de Fa.de hoc fecit vnum tractatum in modum ſummæ, qui incipit, quæri & dubitari conſueuit.de quo j.fiet mentio.Ioan.And.

¶Quid ſit in integrum reſtitutio.

1.§.Eſt autem in integrum reſtitutio, prioris ſtatus, vel iuris, vel audientiæ redintegratio, vt 2.q.3.§.notandum.in fi.ext.de in integ.reſtit.ex literis.C de ſent.paſ.l.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Minor 25.annis ſi lædatur, qualiter ſit reſtituendus.*
2 *Eccleſia læſa, vel grauata, debet prælato interueniente in integrum reſtitui.*
3 *Minoribus ſubueniendum eſt, ſi ex cauſa iudicati eorum bona capta ſunt, vel diſtracta.*
4 *Is, qui veniam ætatis impetrauit, non eſt ſuper his, quæ poſtea facit, reſtituendus.*
5 *Reſtitutio non datur bis ſuper eodem, niſi noua defenſio prætendatur.*
*Reſtitutio in integrum dicitur beneficium perſonale.*
6 *Defenſio noua in cauſa reſtitutionis quæ dicatur*
7 *Reſtitutio an detur contra res bis iudicatas.*
8 *Reſtitutionis auxilium in executionibus pœnarum non debet eſſe paratum.*
9 *Reſtitutio denegari poteſt propter mendacium.*
10 *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum, niſi ſeruatum vergat in animæ detrimentum.*
11 *Probare volens ſe minorem, quæ debeat inſtrumenta proferre.*
12 *Sententia & ſacramentum paribus paſſibus ambulare dicuntur.*
13 *Arare in boue & aſino, qualiter intelligatur.*
14 *Beneficium reſtitutionis in integrum dicitur ius ſingulare, & ideo facilius repellitur quis ab eo, quam à iure communi*
15 *Matri minori 25.annis non petenti filio tutorem, qualiter ſit ſuccurrendum.*
16 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
17 *Priuilegiatus an, & qualiter contra priuilegiatum reſtituatur.*
18 *Minor in ſeruum ſuum perperam manumiſſum non eſt fauore libertatis reſtituendus.*
19 *Reſpublica quo iure ſeruetur illæſa.*
20 *Commune alicuius caſtri, quod læſum eſt, an, & quomodo debeat reſtitui.*
*Reſtitutio dicitur contra ius commune: quia reſcindit preſcriptiones.*
*Caſtrum & ciuitas in multis differunt.*

21 *Prælati & poteſtates debent eccleſiam & vniuerſitatem defendere.*
22 *Prælatus non poteſt alienare ſine conſenſu capituli.*
*Prælati fungi dicuntur vice tutorum, vel curatorum.*
23 *Reſtitutione à principe aduerſus delictum petita, an conſtitui debeat procurator.*
24 *Præſcriptiones longi temporis non currunt minori, ſed ipſo iure ſeruatur illæſus*
25 *Eccleſia an reſtituatur contra preſcriptionem.*
26 *Tempus datum ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, non debere currere minori, qualiter intelligatur.*
27 *Minor quare in contractibus non ſernetur illæſus, ſicut & in præſcriptionibus.*
28 *Præſcriptio vnius anni, quæ currit ei, qui non accipit inueſtituram feudi, vt repellatur, poſt annum, an currat pupillo.*
29 *Eccleſia quibus temporibus, & à quibus ſeruari debeat illæſa.*
30 *Temporales præſcriptiones in tribus caſibus contra minores currunt: & an ad appellationem omiſſam reſtituantur.*
31 *Maior 25. annis, leſus in iudicio, vel extra, dolo, vel metu, &c. qualiter ſit reſtituendus.*
32 *Sententia contra maiorem abſentem lata, multipliciter eſt conſideranda.*
33 *Conuentus in iudicio, lite conteſtata ſi eligatur in Poteſtatem, & detur ei licentia eundi ad poteſtariam, demum in media via citatur, nec venit, propter quod condemnatur, an veniat reſtituendus.*
34 *Reſtitutio diuerſis modis alicui deberi poteſt.*
35 *Leſione probata danda eſt reſtitutio*
36 *Eccleſia, vel minor, an poſſit errore nõ probato contra confeſſionem ſuam reſtitui.*
37 *Beneficium reſtitutionis non eſt pro modica læſione largiendum.*
38 *Minor, contra quem reſtitui dicatur, vel non reſtitui.*
39 *Reſtitutio in integrum diuerſimodè petitur.*
40 *Diffinitiua ſententia ſuper reſtitutione danda, vel deneganda, non eſt ante litis conteſtationem danda.*

¶Quis poſſit in integrum reſtitutionem petere, & quando.

2. §. Quis autem, & quando poſſit in integrũ reſtitutionem petere, videamus: & quid de minore 25.
a annis[a]. Super omnibus, quæ in minori geſſit ætate, ſi enormiter
læſus ſit ob ſui facilitatem, vel aduerſarij calliditatẽ: & hoc ſiue in
faciendo, ſiue in omittẽdo, & ſiue in lucro captãdo, ſiue in dãno
vitãdo, reſtituitur, vt ff. de min quod ſi minor. § non ſemper. &
1 l. non omnia. & l. ait prætor. §. fi. ext. eodem, conſtitutus. ¶†Nã
& ſi preſente curatore confeſſus eſt in iure, reſtituitur ꝯ confeſſionem, vt poſſit negare. Si vero ſine tutore agat, vel cõfiteatur, ipſo iure ſeruatur illæſus, vt ff. de mino. ſi ex cauſa iudicati. §. nunc videndũ. ff. de confeſ. certum. §. pen. ext. de rebus eccl. non alie. ad noſtrã. de hoc ĩ. ver. illud quoque. ¶Item ſi omiſit inſtrumentum vel allegationem, vel exceptionem, vel probationem ſibi neceſſariã, reſtituit ad allegandũ, vel ad ꝓponendũ, vel ad probãdũ: & eo ipſo, ꝙ omiſit, probat læſus, ext. eodẽ, c. auditis. in fi. & c. ſuſcitata. & c. corã. & ff. de mino. l. minor aũt. §. j & l. minor annis 25 omiſſa. ¶Vel ſi cõpromiſit, nec hoc ſibi expedie-
b bat, vt eodẽ ti. ſi minor §. minores[b]. & l. ſi iudex. ¶Vel ſi omiſit aliquã exceptionem, quã non propoſuit intra terminũ ſibi ſtatutum, ext. de exce. paſtoralis. ¶Item ſi detulit, vel remiſit iuramentum, ff. de iureiu. nam & poſtea. §. ſi minor. ¶Item reſtituit in poſitionibus, C. ſi aduerſ. tranſac l. j. & 2. ¶Item reſtituit contra ſententiã in eum latam, tutore, ſeu curatore interueniente,
2 vt C. ſi tutor, vel cura interuen. l. 2. C. ſi aduer. rem iud. l. 1. ¶†Itẽ
in eccleſia prolato interueniente, 16 q. 6. ſi epiſcopũ. ¶Item ꝯ acceptilationem à ſe factam: & ꝯ electionem quia potuit melius eligere, & c. per licitationem potuit rem ſuam melius vendere, ff. de mino. prætor. §. pen. & l. ait prætor §. ſed hodie. & l. ſi ſine. § quæſitum. & l. ſi in emptione. ¶Itẽ ſubuenitur ei, ſi ſe in negotiis immiſcuit alicuius, vel ſaltem neceſſe habeat domino negotiorũ cedere beneficium reſtitutionis, ff. e. quod ſi minor. ¶Itẽ ſubuenitur ei, ſi quaſi contumax ad iudicium nõ venit, culpa interueniente, ff. e. minor. & l. ſi ex cauſa. Secus ſi ex dolo: quod dic
3 vt in Summa domini mei. eo. ti. §. pe. ver. ſed nunquid. ¶†Item
ſubuenitur ei, & fideiuſſoribus ſuis, ſi defenſor alterius extitit. ff. de procur. minor. 25 annorũ. ¶Itẽ ſubuenit ei, ſi ex cauſa iudicati bona eius capta & diſtracta ſint, ſi grande eius damnũ ſit. ff. de mino. l. ſi ex cauſa iudicati. ¶Item ſubuenitur ei ꝑꝑ præuaricationem aduocati, vt C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 1. ff. de minor. l. minor autem. §. minor autem. ff de confeſſ. certũ. §. pe. ¶Item ſubuenit ei, ſi paſſus eſt ſe à malo, vel paupere hoĩe arrogari: ſe-
c cus ſi maior[c] ſe vendi permiſit ad pretiũ participandũ[d]. ff. de mi
d nor. deniq;. §. ſi quis. & l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ¶Itẽ ſubuenit ei in obligatiõe amiſſa. ff. e. minor aũt. §. j. & l. minor annis 25. Et gñaliter, ſiue ꝑ pactũ ſuum, ſiue per tutorẽ, vel curatorẽ capiat, vel lædat, ſemꝑ reſtituit. ¶Ceterum ſi vſus eſt iure cõi, nequaq̃ reſtituit, licet ex poſt facto res incipiat eſſe dãnoſa, vt C. de reſtit. in integ. l. fi. Sed & ſi iurauit non petere in integ. reſtitutionẽ & eſt pubes, non reſtituit, quamuis ſit deceptus, vt C. ſi aduer. ven-
e dit. auth. ſacra 22. q. 5. pueri[e]. ¶Itẽ ꝑꝑ ſuum delictum non reſtituitur, vt C. ſi aduer. delict. l. j. ff. de minor. auxiliũ. §. in delictis. ¶Item ſeruus nõ reſtituit, niſi ei fideicõmiſſaria libertas debeat, ff. de mino. l. 3 § fi. & l. 4. & 5. ¶Item non ſubuenit minori ex ꝯtractu paterno, ẽt ſi mortuo patre tẽpus ſolutionis incidat in tempus minoris. ff. eodẽ. AEmilius. ff. de his, quib. vt indig. l. poſt legatum. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. ea. l. apud. de iure fiſc. fiſcus.
4 ¶†Item is, qui veniã ætatis impetrauit, nõ reſtituit ſuꝑ his, q̃ po-
f ſtea facit, C. de his, qui ve. ætat. impe. l. j.[f] ¶Item ꝑꝑ priuilegium & reuerentiã non dat reſtitutio filijs, vel libertis ꝯ parentes, vel patronos vtriuſq; ſexus, C. q. & aduer. quos in inte. reſt. nõ poſt. l. 2. in fi. Quia ſi filius ſuccedit minori, qui poterit reſtitui ꝯ patrẽ ipſius filij? Reſp. dicit Albe Pap. q̃d iure hꝛditario poterit petere reſtitutionẽ ꝯ patrẽ: arg. ff. de inoffi. teſt. filius. § fin. & de adopt.
5 l. ſi pater. 2. † ¶Item ſuper eodem non dabitur bis reſtitutio, niſi noua defenſio prætendatur, C. ſi ſæpius in integ. reſtitut. poſtul. l. fi. ff. mino. minor autem, §. 1. extra eodem, capit. fin. tunc vero ſic. Et eſt ratio: quia in integrum reſtitutio perſonale beneficiũ eſt, & in perſonali actione, ſi egi vna cauſa expreſſa, poſſum poſtea petere, vt C. de petit. hæred. l. hæreditas materteræ. ff. de ex-
g ce. rei iudi. cum quærit. ex de re iudi. abbate ſane. §. ſed ad hoc[g]. ¶Item ſi ſemel eſt denegatum, nec ſit appellatum, nõ datur, niſi ad appellandũ, niſi nouæ defenſiones adſint, vt C. ſi ſæpius in integ. reſtitu. poſtul. l. j. extra eodem. ca. fin. Vbi autem datur reſtitutio ad

ADDITIONES.

a Annis. ¶ Vt dixit Azo in Summa huius tituli in principio, hoc tempus cõputatur de momento in momentum: & eſt tex. ff. e. ti. l. 1. §. minorem. & dies biſſextilis de medio tollitur. ibi recipit auctor inde exempla ſequentia concedendæ & denegandæ reſtitutionis vſque ad ver. ſed quam vocas, quorum aliqua Io. de Deo. poſuerat, vbi ſ. poſt Tan. Io. And.

b Minores. ¶ Vt ibi no. hoc ipſo, quod appellari non poteſt, apparet grauamen. Vnde Mar. de Fa. vbi ſ. dicebat certos caſus, ex quibus eccleſia, vel minor ipſo facto probant læſionem: alleg prædictum §. & C. de arbit. l. 1. Alius caſus, ſecundum eum, eſt in mutuo: in quo aduerſarius probare debet, in ipſorum vtilitatem pecuniam eſſe verſam, C. ſi aduer. cre. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. authentic. hoc ius. canonizata. 10. q. 2. & ext. de fideiuſ. c. pe. Tertius, ſi fideiubebat minor, vel eccleſia. ff. de mino. l. ait prætor. §. ſi ſolũ. 11. q. 1. te quidem. extr. de fideiuſ. c. 1. ff. qui ſatiſ. cog. l. de die. §. 1. niſi fideiuberet in rem ſuam, puta pro procuratore ſuo, vt ibi faciunt pre. pro Gui. de Suza. qui addit caſum in l. 1. C. ſi tut. vel cur. de minore volente reſtitui, quia hæreditatem adiuit, vel ſe immiſcuit, qui non tenetur læſionem probare: quia læſio apparet ex aditione, vel immiſtione. expedit enim ſibi, ſumptibus & litibus non vexari, ff. de mino. l. minoribus. 25. per quam l. dicit Alex. in l. 1. C. ſi vt ſe ab hære. abſt. minorem, qui adiuit, reſtitui, etiam ſi per aditionem nil de bonis ſuis diminuatur. item alleg. Gui. ff. man. ſi hæreditatem, ff. ad Treb. quia poterat. Dicit autem, quod aliqui contra, & malè Hoc contrarium tenet Cy. ſecutus Iac. de Aren. quod vide plene ſuper auth. ſi omnes. C. ſi ut ſe ab hære. abſti. allegant iſti pro ſe, ff. de mino. verũ. §. item non reſtituetur. & §. ſi locupleti. vbi dicunt expreſſum: item præ. auth. ſi omnes. ad quid enim vocarentur creditores, dum vult abſtinere, ſi ſine probatione id poſſet. Sed reſponderi poteſt id fieri, ne res diſsipentur, vel baratentur. Habet ergo minor, ſecundum eos, probare hæreditatem damnoſam: alleg. no C. de reſt. in integ. l. fi. Ratio, quia adeundo contrahit: & ſic debet probare læſionem ſicut in contractu. Ad l. minoribus. reſpondent, ꝙ non vexatur, ſi hæreditas eſt opulenta: & ſi dicas, vexabitur in corpore, reſpondent, litiget per procuratorem, vel actorem. hæc non eſt mihi ſufficiẽs reſponſio per dec. querelam. de proc. Io. And.

c Si maior. ¶ Supple 20. annorum. Io. And.

d Participandum. ¶ Supple, & participauit: requiritur etiam tertium, quod emens ignorauerit illum liberum: & quarto, quod ipſe ſciuerit, quod liber erat: hoc videas ff. de lib. cauſa. l. liberis Inſtit. de iure perſo. §. pe. gl. Quolibet autem illorum quatuor deficiente, de iure communi in libertate prouocat: his cõcurrentibus ſeruus eſt iure ciuili, vt ibi in tex. nec reſtituitur, licet minor 25. an. vt ibi glo. ne tanta ſolennitas vitietur: & quia mutauit ſtatum. & vide, quod dicam ĩ. de na. ex lib. ven. ſuper verbo, ſciendum. Io. And.

e Pueri. ¶ Si iuraſſet non venire contra contractum de iure, vel de facto an læſus enormiter, reſtitutionem petere poſsit, vide quod dixi poſt Dyn. de emp. & ven. c. pen. ſuper ult. gl. quod poſuit etiam Cy. in l. 2. de reſcin. uen. ſub 6. q. Io. And.

f L. 1. ¶ Saluo, quod dicitur eo. ti. l. pen. de alienationibus & hypothecis immobilium, in quibus requiritur decretum, in quibus cenſetur minor, ut eſt licet ueniam ætatis habuerit, quæ non datur maioribus, niſi maiorib. 20. annis, ut ibi in l. 2. & facit hoc ad ultimum membrum quæſtionis Iaco. de Bel. quæ incipit, l. Peruſina. quod ſi per ſtatutum ualidantur confeſsiones & contractus facti per maiorem. 20. minorem. 25. & talis contraxit, & eſt læſus circa prędicta. quod reſtitui debeat, ne plus habeat ſtatutum, quam uenia ætatis. In ꝯrium uñ caſus in auth. ſi captiui. C. de epiſ. & cler. ſicut minor ætas limitata per illã legẽ: facit ẽt ſuꝑ immobilibus ualere ꝯtus: ſic facit ætas limitata per ſtatutum: & hoc in quæſtione præ. tenet ipſe Iac. dicẽs contraria loqui, cum lex ætatem limitat, ſed geſta non ualidat, Ioan. And.

g Hoc. ¶ Libro 6. [illegible] An. qui loquitur in reſtitutione petita & obtenta: & primo caſu [illegible] non debet conceſsio [illegible] tuim interlocutoriæ: ſecundo diffinitiuę Bald. [illegible] æceſsit appellation [illegible]

tutio ad appellationē,non caſſant acta prius habita: ſecus ſi det
contra ſententiam, arg.ex eodem , ca.fin.ſecundum Vinc.Sed
non videtur,quod in præd.c ſit neceſſaria eccleſiæ reſtitutio ad
appellandum. nam cenſet iure minoris, ut eod.tit.ca.1. Minor
autem ſeruatur ipſo iure illæſus in omnibus præſcriptionib. niſi
in præſcriptione 30 annorum,vel 40.annorum, vt C in qui.cau.
in integ.reſtit. non eſt neceſſ.l.fin. Ergo ipſo iure ſeruatur illæſa
in tempore,quod datur ad appellandum, quod eſt tantum de-
a cem dierum. Dic ergo,ut infra eodem §.ver.hoc autem[a].¶†Sed
6 quam vocas nouam defenſionem[b]? Reſpon.pone:eccleſia emit
b fundum à non domino bona fide: quem fundum dominus ven-
dicabat à procuratore per eccleſiam conſtituto : lata ſententia
contra eccleſiam , quia omiſit exceptionem præſcriptionis ec-
cleſia petiit reſtitui contra ſententiam : denegata fuit reſtitu-
tio, quia dixit iudex , quod eccleſia ageret contra procuratorē
ad intereſſe,per l.C.de iudic.properandum in fi.ff de tribut.pro-
curatoris.nunc iterato eccleſia petit reſtitutione:certè neganda
eſt, prçterquam ad appellandum,niſi nouis defenſionibus ſit mu
nita ut ſ.Noua aūt defenſio poteſt eſſe,ſi cum prima fuit petita
reſtitutio , pcurator erat ſoluendo: pendente vero iudicio fac-
tus eſt non ſoluendo,& in hac noua,eccleſia audietur,ff.de min.
cum mandato.§.ſin autem & l.cum minor.§.1.Vel ſi minor egit
tutore, vel curatore auctore , periit inſtantia iudicij lapſu trien-
nij petiit minor reſtitui:ſed quia tutor,vel curator eſt ſoluendo,
denegat ei poſtea tutor , uel curator deſiit eſſe ſoluendo : certè
ex hac noua cauſa dabitur reſtitutio, ut in præ.l.properandum.
in fine. Vel ſi minor à ſuo debitore accepit mulierem intercedē-
tem animo nouandi, quæ poſtmodum vtitur beneficio:vel mi-
nor petit reſtitui ɔ̄ illud beneficium , & denegatur ei reſtitutio,
quia debitor erat ſoluendo , ſed poſt deſiit eſſe ſolendo : certè
ex hac noua cauſa dabitur ei reſtitutio ɔ̄ beneficium Velleianū,
ff.de minorib.ſi apud.¶Sed nunquid contra res bis iudicatas da-
7 tur reſtitutio? Dic,ut ſ.ti.prox.§.quoties.¶†Sed pone[c]: eccleſia
c litigat cum aliquo ſuper beneficio agente , quæ poterat illi cri-
mina, vel defectus opponere , ſed excluſa eſt per terminum pe-
remptorium datum ad omnes exceptiones proponendas : quæ-
ritur,an ſit ad hoc reſtituenda? Et videtur quod ſic,ex de in inte-
grum reſt.coram. nam & reſtituit ad exceptiones omiſſas,ut ſu-
pra, Item intereſt eccleſiæ,non habere ſociū crimino ſum,exem
plo minoris,qui reſtituit , ſi damnoſam ſocietatem coierit.ff.de
minor.in cauſæ.2.§.1.quia eccleſia iure minoris fungit,extra eo-
dem c.1.nam & abſenti cauſa reipublicæ lapſu temporis ab ac-
cuſatione excluſo,ſubuenit,ut accuſare poſſit, ff ex quibus cau-
ſis maio.ſi qua militi.& ei, qui vltra tempus debitū non potuit,
furore,vel ætate obſtante,accuſare, vt ext.qui ma.accu.poſſunt,
cum in tua.Dic contra,quod minor, vel eccleſia non reſtituitur
ad crimina in modum exceptionis proponenda: & ſic obtinuit.
8 †nam in executionibus pœnarū non eſt paratum auxilium reſti-
tutionis, ut in præ.l auxilium. Eſſet enim magna executio pœnç
contra eum,qui propter crimen, etiam in modum exceptionis
probatum,à beneficio repelleret: quia fieret infamis,ſaltem in-
famia facti,& ineligibilis,C de dig.l 2.li.12 extra de exceſ prœla.
inter dilectos. ex de elect ſuper eo. Nec obſtat præd. ca.coram.
quia ibi fit reſtitutio ad priuilegia exhibenda, & non ad crimina
probanda.& hoc ideo:nam ibi eccleſiæ nihil de ſuo iure non pro
ponendo deperiret, nec illi aliquid accreſceret proponendo:q
bus caſibus tantum minori datur reſtitutio, ff.eodem,non om-
nia.& etiam maior,ff.ex quibus cauſis ma.l.& ſi verè.& l.fi Item
p hoc patet,qđ præ.l.in cauſæ:non obſtat:quia recipiendo: hūc
ſocium beneficiandum,nil incommodi pecuniarij ſentit de quo
intereſſe iura curauerunt:non aūt de publico intereſſe , de quo
dicitur, ꝙ publicæ vtilitatis , eſt ne crimina remaneant impuni-
ta,extra de ſent.excommunica.ut famæ ff.ad l.Aquil ita vulne-
ratus ut patet in præ l. auxilium. & l. non omnia. Item non ob-
ſtat.l ſi qua. & decre.cum in tua. quia ibi non dat reſtitutio:imo
tempus ad accuſandum,cum ſic vtile,ipſo iure non currit.ff.de
9 adul.l.ſi maritus.in principio. ¶† Item denegat reſtitutio pro-
pter mendacium,ſi,cum cōtraxit, mentitus eſt ſe eſſe maiorem,
C.ſi minor ſe maior dix l. 1. 2. & 3. Sed nunquid & contra hoc
d dabitur ei reſtitutio? Reſpondeo[d], non vr:quia uolenti dolus
non infertur, C.de trāſact cum donationis. Sed nec aduerſarius
hoc poteſt dicere,cū ipſe ſciuit,& decepit, C.ſi mi.ſe maio.dix.
l.3.in fi.vnde dolus cū dolo,& c.de lib.cau.ſi filiū tuū liberū.ff.de
e min.verū.§.fi.ff.de dolo,ſi duo. ſm. Alb Papi. Tu dic breuiter[e],
ꝙ ſi minor dicit ſe maiorem,ſciens ſe eſſe minorem,non ſubue-
nitur ei ut C.ſi minor ſe maio dix.ſi is,qui.& l.ſeq in prin.Si ue-
ro hoc dixit ſuaſione aduerſarij , tunc ei ſubuenitur , ut eodem
ti.l.1.& l.ſi adulterius.ibi, quia ſi per iniuriam,&c Si vero facili-
tate,ſcilicet putans ſe maiorē, cū minor eſſet, bona fide dixit ſe
maiorem,ſubuenit ei niſi iurauerit.Quo caſu ſubdiſtingue:quia
aut iurauit uerbotenus in inſ[illegible] :& tu.& l.qu[illegible] reſtituitur,
niſi per ſcripturam,ſeu pe[illegible] t minorem,
teri

ut in præd.l.ſi alterius prope finem. Aut iurauit corporaliter:&
10 tunc in nullo caſu reſtituit,ut in ead.lege,in fi. †¶ Quolibet eñ
iurm ſeruandū eſt , niſi ſeruatū vergat in animæ detrimentū, ex
de iureiurand.ſi uero.& c cum ɔtingat.C ſi aduer.rem iud.auth.
ſacra.Sed ſi ignorat,an minor dolo ſe maiorē dixerit,uolens de
cipere,uel non,quærit,qđ in dubiis præſumet:de hoc no.in præ.
f l ſi alterius. ppe fi.& ſm quoſdam[f]. ex de in īnte.reſtit. ɔſtitu-
11 tus.¶†Sed cuiuſmodi erit ſcriptura, ſeu inſtrm, p quę dēt pro-
bare ſe minorē:ut pmiſi. Rñdeo,ſi habet inſtra ſuę natiuitatis pla
num eſt,ut C.de pbat.neq; natales.Si aūt habet inſtra dotali,in
quib.dr , ꝙ T. ſponſus à Berta ſponſa recepit centū noīe dotis,
g tunc eſt pſumptio p ipſo minore ɔ̄ aduerſarium[g]. Si aūt ibi di-
cat:T.coniunx à Berta ɔiuge,ut ex de præſump.illud tū ç non ſic
p minore pręſumit, qa dudū poſtq̄ fuit natus, poſſent eſſe ɔfe-
cta,niſi vellet pbare p teſtes q nuptiis interfuerunt,& qñ inſtrm
fuit factū,ſ.tēpore nuptiarū,licet non recordent quo anno fue-
12 rint celebratę †¶Sed nunqđ hoc ſacrm[h] præiudicat minori cū
h alio ɔ̄hēti? Vr,ꝙ ſic,ff.de minorib.l de ætate.nā ſnīa ēt ſcrm pa
ribus paſſibus ambulant,ut C.de rebus cre actori.Sed dic ɔ̄,quia
res inter alios acta,aliis nō præiudicat, ut ex de re iudi.quamuis.
& ita nec iſti minori,niſi quantū eſt infamia. Nec obſtat l præ.qa
aliquando eſt ſnīa maioris auctoritatis , quam iuſiurandum,ut
arg.ff.de iureiu.l.2. Sed qualiter aget ɔ̄ minorē is,qui cum eo ɔ̄-
xit,cū minor iuraſſet eis ſe maiorē eſſe? quia non poteſt eſſe in iu
dicio ſine curatore,ut C.ſi aduer.rem iudi.l.pe.& ſi petat curato
rem ei dari, vr dicere eum minorē. Reſpondeo, huiuſmodi ſub-
tilitates iudex reiiciet , & id quod in principali, & in acceſſorio
13 obſeruet †¶Quid ſi feci ſecum contractum vnum,& iurauit ſe
maiorem,poſtea vero feci alium,& non iurauit: ſi agam primo
ex eo con-

## ADDITIONES.

a Autem. ¶ Et ibi dabo remiſsiones.
b Defenſionem. ¶ De hoc dixi extra eod.capitul.vltim.in vlt.quæſtio.Ioan. Andr.
c Sed pone. ¶ Iſte ver.quaſi ad literam fuit Compo.de elect.quod ſicut:quē huc remittendo deciſè ibi poſuit in vlt.col.verſi.ſed quid dices.& continuabatur ad ver.ibi præ.quem poſuit auctor ſ.de excep.§.dicto.uer.ſed pone,datus.Ioan.An.
d Reſpond. ¶ Reuerentia eius ſalua,non apertè locutus eſt auctor.Primum enim argument.non intelligo,niſi cum diceretur dolus aduerſarij interueniſſe:& tunc ſecundum recidit in idem: & ſic remanet quæſtio , quando ex vtraque parte interuenit dolus. vides, quod Alb. Papi.tenet dolum dolo compenſari.& refert Homobo.Lanfran. dixiſſe,quod beatus,qui tenebit: vt in pari cauſa melior ſit conditio poſſidētis: habemus regulam,in pari.li. 6.vbi concor.idem. Simon in l.3.in fi.C.ſi minor:quod intelligit ita, quod ceſſet ab vtraque parte petitio:ſatis videtur , ut recitat Cyn.in l.præd.q. 1.Petrum bene dixiſſe:qui vult reſtitutionem procedere:facta enim compenſatione ad dolum, perinde eſt ac ſi nullus dolus interueniſſet:& ſic ſtat firma petitio.quod placet etiam Innocent. ut ſcripſi de adul.capitul. pen. ſuper gloſſ.penultim.ibi , verbi gratia.& ſecundum terminos ibi poſitos, quando principalis petitio non tangit dolum , ſed excipitur & replicatur de dolo optime hoc procedit:& uide,quod not.de exce.dilecti.in. vlt.glo. Ioan.And.
e Breuiter. ¶ Secundum Hoſtienſ.in l. prima. C.ſi mino. multi enim domini legum diſtinxerunt : ſed plus hic accedit Homobo. ſed dominus meus ſumendo primam , ſecundam & tertiam l.illius ti.ſic dicebat tenendum:ſi minor aliquid aſſerit,aut aſſerendo deceptus eſt,aut decipit:primo caſu reſtituitur, vt l.prima.& 3.2 reſpon. Nec curat hoc caſu,iurauerit minor,uel non:quia ſemper reſtituitur. Simon in hoc concor.l.tertia.Secundo caſu non reſtituitur, ut in l ſecunda.& l.tertia.in princip. Si uero neuter deceperit ſed minor aſſerit ſe maiorem, aut ſimpliciter, aut cum iuramento verbali , aut cum iuramento corporali. Primo caſu reſtituitur: ſecundo habet probare per inſtrumenta ſe minorem:tertio non reſtituitur; quia iurauit ſuper ętate,quod eſt priuilegium,quod facilius tollitur,quam commune,ut infra eod.verſi.ſed cum ei , ſcripſi hoc eod.tit.capitul.fin.in opinio.ſecunda : in dubio tenet cum Azo. & gloſſ.quod præſumatur minor decipere,& non decipi:& ſic,non reſtituitur:& hoc ſi vni dixit,ex coniectura,l.ſecunda.eod. tit.idem dixit poſt Nico. Mat. ubi remittam infra verſicul.ſed cum ei. Sed Homobo. in hoc dubio dicit quoſdam diſtinguere,à quo inchoauerit uerba,an à minore : & tunc præſumetur uoluiſſe decipere:an à contrahente cum illo , & tunc contra cōtrahentem præſumetur. Sibi placet,quod in dubio pręſmetur pro ipſo:quia potius in iure pręſumimus ignorantiam,quam ſcientiam: habemus per regulam , præſumitur. de regul. iur.libr.6. vbi concor. Item præſumitur potius bona fides, quam mala,C.de euic.l.penultim. Nec præſumitur dolus niſi probetur,C. de dolo.l.dolum.ff.de probat.quoties.§.qui dolo. Idem Petr.de Bel.ut recitat Cyn.in prædict.l. 3.in fine, per eaſdem leges. Sed ad hoc reſpondebat do. meus.per id, quod prædixi poſt eum:hæc vera, ubi non eſſet coniectura ad contrarium:ſed dic,eſt coniectura ex l.2.ut prædixi:& quia dixit falſum.
ADDE, vt per Petr. de Ancha.conſil.ccxxvij.& Paul. de Caſtr.conſil. 141.qui tranſit cum Ioan.Andr.in titul.de ſen.prolat. ſupra. ut autem.ſuper 4.forma.
f Secundum quoſdam. ¶ Hoc non uidit.
g Aduerſarium. ¶ Hoc ibi placet Guid.de Suza. allegat pro indirecta probatione.C.de contrahen.& commit.ſtipul.l.optimam.& l.Ariſto.ff.qui potio.in pig.hab.in fi.
h Sacramentum. ¶ De quo dixi ſupra primo verſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex eo contractu,in quo iurauit poſtea ex alio,videor arare in bo
a ue & aſino[a]. Vnde primo debet agi ex eo contractu, in quo non
iurauit:licet dicam tunc eum minorẽ,& petam ſibi dari curato-
rem,tamen in alia cauſa potero eum dicere maiorem : quia põt
eſſe, ꝙ factus ſit maior , ſecundum Vbertum. ¶Sed cum ei,qui
fraudulenter ſe maiorẽ dixit, negeť reſtitutio , vt prædixi , quid
erit,ſi negotium ipſo iure non tenuit,puta,fuit in iudicio ſine cu
ratore:vel vendidit fundum ſine decreto:nunquid poterit veni
14 re contra? Et videť,quod ſic, non obſtante mendacio:†quia fa-
cilius repellitur quis à beneficio reſtitutionis in integrum,quod
eſt ius ſingulare,quam à iure communi,ſicut aliàs dicitur,Non
tibi tuũ,ſed ſuum prætor denegat auxiliũ,vt no.C.ſi aduer.ven-
dit.l.j.Vel poteſt dici, contra , vt nullum ſibi ſuperſit auxiliũ , ſi
b iurauit,arg.in præ.l.ſi alterius.in fin.ſecundum Vber. [b] †¶Sed &
15 ſi mater minor 25. annis non petat filio tutorem, ſuccurritur ei
per beneficium reſtitutionis in integrum , vt hoc non obſtante
ſibi ſuccedat,vt C.ſi aduer.deli.l.2.Sed cũ etiam alij agnati teneã-
tur petere, vt C.de leg.hæred.ſciant.nunquid eis minoribus ſub
ueniatur,ſi non petierint ? Reſpondeo, ſic eadem æquitate,licet
c magis videatur ſubueniendum matri , magis de filij [c] morte lu-
16 genti.† ¶Sed quid ſi ipſa mulier eſt maior facta filio in pupilla-
ri ætate conſtituto, & nondum tutorem habente,nunquid tene-
tur petere,& ſi non petat,nunquid punietur ? Videtur , ꝙ teneť
petere:quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, vt ff.de pact. quod di-
ctum.& ff.de iure patrona. l. adigere.§. quamuis.ex̃ de appella.
cum ceſſante. extra de vot. magnæ. & argument. ff.de tutel. &
rat.diſtrahen. ſi tutor reipublicæ. §.1.de lega. 2. Titia. §. vſuras.
Arg.ꝯ,quod initium ſit ſpectandum, ff.de bo.liber.qui cum ma-
ior.in prin.ex̃.de elect.dudum.1. ff de his , quib.vt indig.in frau-
17 dem.§.pen.quod verius eſt, ſecundũ Vber. †¶Item nota,quod
priuilegiatus ꝯ priuilegiatum reſtituitur. Vnde ſi procurator
fiſci rem minoris diſtraxerit minori pretio, quam valet,minore
reſtituit contra fiſcum , vt C.ſi aduer.fiſ.l.1.& ſic priuilegio ſer-
d uatur priuilegiũ contra aliud priuilegiũ , vt ff.eod.verum.§.fi.[d]
Sed qualiter hoc erit, cum in pari cauſa potior ſit conditio poſ-
ſidentis,vt ff de reg.iu.in pari? Reſpond.hic non eſt par cã:quia
non ſunt circa idẽ priuilegiati , fiſcus & minor.nam minor cer-
tat de dãno vitando:fiſcus vero de lucro captando: ideoq; agen
tis potior eſt conditio,ff.de minori. ſi minor.Sicunt etiam con-
tingit in omni caſu,vt fiſcus ſemp̃ vtať iure communi,niſi aliud
ſpeciale forte appareret in eo , vt ff de peti.hæred.l.item veniũt.
§ ait ſenatus. Sic etiam dici poteſt in eccleſia , & minore , & in
oĩb.ciuitatibus multo fortius , arg.C.de præſcri. 30.an omnes.
18 in fin.ſecundum Vber. † ¶Item fauore libertatis non reſtituitur
minor in ſeruũ ſuũ perperã manumiſſum, licet eius indemnita-
ti,quoad pretiũ,conſulať,C.ſi aduer.li l.2.ff.de mi.ſi minor.1.&
2. Perro eccleſia iure minoris ſemp̃ debet illæſa ſeruari , vt ext.
eo.c.1.ideoq; ipſa , ſicut & minor, reſtituitur ĩ omnibus contra-
ctibus, & negotiis, & iudiciis, & ſententiis,in quibus enormiter
læditur,vt extra eo.c.1. & c. auditis. & c. tum ex literis.& c.coram
19 vt ſ.diximus in minore. † ¶Idẽ quoq; iuris eſt in Republica,q̃
vtitur iure minoris, uel pupilli. ut ipſo iure ſeruet illæſa, vel ad
inſtar eorum debet reſtitui , ut C.li.11.de cur.reipu.l.rẽpublicã.
quod intellige in republica Romana. Illa enim diciť propriè re-
ſpublica:tamen,quo ad hoc , dici poteſt rẽſpublica cuiuſlibet ci
uitatis,ut ff.ex quib cau.maio.ſed & ſi p̃ prætorẽ §.item inquit.
e ibi de hoc [e] , ff.ad Mac l.n l intereſt.C de off.eius , qui uicem.al-
terius iudic.obti l.1.dic,ut ibi,& arg ad hoc C.de ſacroſan.eccl.
f l.fin. [f] Arg tamen contra : quia quælibet alia ciuitas à Romana,
loco priuati eſt,ut ff.de verb. ſig.eum qui uectigal.& l.præ. & ci-
uitas & priuatus æquiparanť : & ideo non dabiť ei reſtitutio,
g ſm̃ Papam,in pred.l.nihil[g]. †¶Ad doctrinam aũt huius articuli
20 clariorem quæritur , an commune alicuius caſtri , quod læſum
eſt,puta in venditione alicuius rei, debeat reſtitui? Et vť quod ſic.
h nam eius legatus reſtituitur ff. ex quib.cau ma.legatis [h]. Dicitur
enim legatus municipii,caſtri,uel villæ, ff ad municipal.l.1.Item
qua ratione minor læſus reſtituitur , ſcilicet quia facile lædi præ-
ſumiť,ut ff.de mino.l.1.eadem, & uniuerſitas, in qua naturale ui-
tiũ eſt negligi,&c. vt C.qñ,& quibus quarta pars debea.ex bon.
decu.l.2.lib. 10. ſed hoc uerũ eſt in aliis conſortibus. Itẽ ciuitas
reſtituiť,ſm̃ Acc ut iam dixi, & ipſe idem æquiparat caſtra, uil-
las,& burgos ciuitati , ut notatur in ſumma de magiſt.muni.ſed
i hoc uerũ eſt , quo ad iuriſdictionem[i] . Arg.contra: nam reſtitu-
tio ꝯ ius commune. reſcindit enim præſcriptiones , ff.de mino.
l.ꝙ ſi minor.§ reſtitutio.& ĩ.ver.hoc autem.& ſeq Si ergo in ci-
uitate Romana,uel alia,locum habet , non debet ad conſequen-
tiam trahi ff.de leg.& ſen.quod non ratione.26 q.2.nõ exẽplo.
16 q.3 §.poteſt.2 reſp.1. Item pari ratione quælibet uniuerſitas
k piſtorum,cerdorũ,& huiuſmodi reſtituet[k].omnis enim uniuer-
ſitas iudicem facit, C.de iuriſ.om.iud.l.fin.& ſic res in infinitum
l abibit:qđ uitandum eſt,ut ex̃,de de reſcr, cum in multis[l]. Itẽ &
in multis differt caſtrum à ciuitate,ut C.de ſacroſan.eccl.l.fin.ff.
m de vſuc.l. vſucapionẽ. item ad hoc ff. de uia pub.ædiles [m]. hanc
partem multi ſapientes fouent : ſed Albe. Papien.primam ſen-
n tentiã tenet [n]. de hoc C. ex quibus cau ma.l.reſpublica [o]. ¶†Sed
o nſiquid prælatus,uel Poteſtas põt de hoc cognoſcere? Reſpon.
21 nõ quia illi debent eccleſiam,ſeu vniuerſitatẽ defendere,ut ext.
de iura calum.c.pen C.de defen.ciui.defenſores. & de procu.eũ
22 qui res.†¶Prælatus aũt nomine eccleſiæ ſicut & defenſore ciui-
tatis,noĩe uniuerſitatis, poteſt ſine ſpeciali mandato eam pete-
re,ut uidetur arg.C.de offic.eius, qui ui.ali.iu.obtin.l.1.iſti enim
funguntur uice tutorum,uel curatorum. argu.C.de epiſ.& elect.
orphanotrophos.in auth.de eccl.tit.§ fi.Colla.9. 5.q.3.quia epi-
ſcopus.& eſt arg.ad præmiſſa.ff.de minor.illud. ff.quod cuiuſq;
uniuerſi.l.fi & C.de decu.procuratores.lib.10.Arg.ꝯ quod pre-
latus & defenſor uniuerſitatis debent habere ſpeciale mandatũ
à ſuo capitulo & uniuerſitate. nam prælatus non poteſt alienare
ſine conſen-

ADDITIONES.

a Et aſino. ¶Contra illud Deuteronom.c.22. & extra de elect.cum canſam.
& ſubtilitas huius verſiculi procedit,quando actor volens tutè agere vult,
quod reus habeat curatorem.

b Secundum Vbert. ¶ De hoc membro nullitatis vide, quod dixi ſupra de
ſent.prolat.§. vt autem ſuper 4.forma.

c Filij. ¶ Alias viri.& vtraque bona. ADDE, quod matri minori non pe-
tenti tutorem ſuccurratur: tenuit Lud.Rom.conſi.279. ſecutus hic Spec.
& Bald.in authentic.ſi captiui.de epiſcopis & clericis,quem etiam ſequi-
tur Paulus de Caſtro.in l.minoribus. C.de his,quibus vt indignis, & Bal.
conſilio 201.3.lib.

d §.fin.¶Ad materiam facit,quod ſcripſi.de priuileg.c.1. lib.6. verſiculo,&
illud ipſum.& ſuper regula,& iudiciis.eo.libro.

e Hoc. ¶ Sup.& hoc etiam, iſtud dico,quia in contrarium allegatur l.nihil.
vt ſequitur.

f L.fin. ¶ Ad hanc partem , quod ciuitas reſtituatur , inducitur C.de ven.
re.ciui.l.tertia. vbi inclitæ Vrbi aliæ ciuitates comparantur , & rubrica
ibi ſequen.de debi.ciui.l.prima.& 2.libro. 10.& ff.de ædil.edic. §.illud.ff.
de Publi.l.ſed & hi.§.1. C.de ſer.fug.l.mancipia. & hanc partem tenet O-
dof.ſuppoſito, quod ciuitas ſubſit Romano imperio , ff.ad Tre.omnibus
ciuitatibus.Idem Simon Vinc.ſuper l. reſpublica.& Andr. de Bart.ſuper
prædicta.l.rempublicam.

g Nihil. ¶ Ipſe Inno.hoc no.eo.tit.c.1. vt ibi ſcripſi ſuper 4.gl.facit ad hoc
vltimum ff.qui pot.in pig.hab.ſi pignus.

h Legatis. ¶ Dicebat Accur. vbi dicam infra. ergo fortius municipium,
quod eſt cauſa cauſans.Sed ipſe reſpondet , quod id facit abſentia.Vnde,
vt ibi patet §. penultim. & vlt. vocati cauſa teſtimonij , vel qui propter
cauſam principalem , vel appellationis, uel aliam neceſſariam abſunt,re-
ſtituuntur . ergo non eſt id ex priuilegio municipii ſed ratione probabilis
abſentiæ.

i Iuriſdictionem. ¶ Ad hanc partem inducitur ff.de furtis , l.ſed ſi imagi-
nem.

k Reſtituetur. ¶ Hoc concedit Gui.de Suz.in l.reſpub.ſ.allegata.

l Multis. ¶ Lib.6.

m Aediles. ¶ Communius eſt l.prædio.ſub tit.de loc.pu.fru.

n Tenet.¶ Quod etiam refert Alb.Ga.rub.de ſyndi.prope fi.

o Reſpublica. ¶ Et ibi per Cyn.de his omnibus primo, ſcilicet de fiſco: ſe-
cundo de ciuitate: & tertio de caſtro & villa. & de omnibus tribus tenet,
quod non reſtituantur. ibi vide motiua. Breuiter tamen ad primum ca-
ſum inducit,id in illa lege caueri.item quod no.in authentic.de hær.& Fal.
in tertia.gloſſa. item quod ſint diuerſa , patet ex diuerſitate rubricarum.
vnde C.libro. 10.poſuit rubricam de iure fiſci , & 11.poſuit rubricam de
iure reipublicæ.bene facit ff. de legationibus. l.ſciendum. in princip.& §.
1. In ſecunda inducit leges his allegatas, & opinio. Petr.de Bel.ſed inſtat
in reſponſione ad contraria. In tertia allegat reſtitutionem odioſam , ff.
de act.& ob.in honorariis.§. ſed cum reſciſſa. & in authentic. de non ali.§.
quia vero veriſimile.ſubdens hoc tenuiſſe. Acc.in quæſtione, quam diſpu-
tauit : & verum dicit. nam illam habeo in lib. Codicis de manu gloſſato-
ris ſignatam:tamen , vt extraordinariam , & habeo extra librum: & inci-
pit, Commune cuiuſdam caſtri, vt hic : & reſponſiones eius ad primas al-
legationes contrarias auctor ſupra. inſeruit , præter primam, & illam ego
ſupra.ſuppleui.pro eo facit communis opinio. quæ negat ciuitatem reſti-
tui fortius ergo caſtrum , vel uillam, de Innocent. & Petr. de Bal. dixi ſu-
pra ſed Alberic. Papi.multos habet ſodales, Bur. & Iulia.ut refert Vbert.
de Bob. in l.ſed & ſi. §. penultim. ſuperius allegat : & ipſum Vbert.item
Odof.qui dicit, rationem, quæ eſt in ciuitate læſa , eſſe etiam in caſtro, uel,
uilla:ergo idem ius,ff.ad l. Aquil.illud.cum concor.& maxime dicit reſti-
tutionem faciendam ex clauſula leg. ſed & ſi §. penultim. & vlt. ſubdens.
hanc opinio.humaniorem , & ideo ſequendam , C.qui bo.ce.poſ.l.fin.ma-
xime propter minores , uiduas , & miſerabiles perſonas , quæ municipio
læſo læduntur : & ideo hic fauor ampliandus , ff.de uentre in poſ.mit.l.
prima.§.1 Guido de Suz.tenet idem , amplians hoc ad omne corpus , ut
ſupra.dixi.Quartam quæſtio.format ibi Cyn.intra quod tempus reſtitua-
tur reſpublica? & eſt Guil.ibi , & plenius in princip.l. rempublicam.C.d
iure reipubli.quæ ponit 3.opiniones,quas etiam ipſe recitat:tenet Vbert.[e]
ubi ſ.& Cy.& mihi placet, quod intra quadriennium à tempore læſionis:
ut ſic æquiparetur minori facto maiori , ut de eccleſia dicitur eo.tit.c.1.li.
6.opponit glo non debere tex. [illegible] ſed [illegible] rempublicam pupillo: dic illud,
quo ad futuros [illegible] ceſsit appellation [illegible] as.
ADDE, [illegible] eccl.ſecunda par [illegible] conſi.74.4.lib.Paul.de Caſt.
conſil.215. [illegible]

ſine conſenſu capituli,vt extra de his,quæ fi.à prælat.ſine conſẽ.
cap.per totum.facit ff.de iure delib.ait prætor.circa medium,&
ibi non loquit̃ in tutore, vel curatore,vel prælato,vel ſyndico,
ſeu alio adminiſtratore,ſed ſolum in hærede deliberante:qui dū
deliberat,non poteſt alienare.non eſt ergo mirum,ſi non poſſit
actionem mouere.Item videt̃ contra de ſyndico:quia ipſe fun-
gitur vice ꝓcuratoris,ff.quod cuiu.vni.no.item eorum.§.actor.
ſicut ergo ꝓcurator non poſſet petere, ſic nec ipſe poterit. Sed
dic,ꝙ fungit̃ vice ꝓcuratoris, quo ad id,quod ibi dr̃, & quo ad
hoc,vt poſſit ex eiſdem cauſis mutari, quibus & ꝓcurator, vt
ibi, & §.ſeq. ſecundū Alber. Pap. Poterit ergo prælatus petere
in integrum reſtitutionẽ ſine mandato, ſaltẽ in ſubſidium, ſe-
a cundum Alb.Pap.[a] Alij contra: & exponit̃ in præ.l.C.de offic.
eius,qui vic.alic.iud.obtin.l.j.defenſores & ſyndicos. Idẽ etiam
eſt ſecundū Papam in actore vniuerſitatis, & quolibet alio vlti-
mam adminiſtrationem habente, vt petere poſſit ſine ſpeciali
mandato:ſecus autẽ in procuratore generali qui petere non po-
teſt,ff.de mino.illud.§.fin.Nec ẽt conſanguineus,vt ff.eodẽ,pro-
curator.Idẽ dixit Alb.Papi.in ſyndico.Accur.ꝯ, vt no.C.ex qui-
bus cauſis maio.reſpublica.verum cauſa reſtitutionis poteſt per
procuratorẽ ad hoc legitime conſtitutum tractari, vt C.ẽt per
procurat.cauſ.in integ.reſti peti poſſe,l.j.dum tamen ad hoc ha-
beat ſpeciale mandatum:non alias,vt ſ.de procurat §.j.verſicu-
lo,item opponit̃, ꝙ licet.Procurator autem eius,ꝯ quem reſti-
tutio petitur,ſine mandato ad defenſionem admittitur,ff.de mi-
23 nor.quod ſi de.† ¶Quid de ea reſtitutione, quæ à principe ad-
uerſus delictum petitur? Dic quod & ibi poteſt conſtitui procu-
rator:quia non eſt criminalis cauſa: ſecus in cauſa criminali, vt
in eodem §. verſi item quod cauſa eſt. Sed nunquid procurator
conſtitutus ad litem, in qua incidit commodum reſtitutionis,
poteſt illam petere ſine ſpeciali mandato? Reſpond.ſic,vt nota-
b tur ex eodem,de in integ.reſtituti.ſuſcitata[b].† ¶Hoc autem no-
24 tandum eſt, quod præſcriptiones longæ non currunt minori:
imò ipſo iure ſeruatur illęſus,C.in quibus cauſis in integ.reſtitu.
non eſt nec. ſancimus. Quod verum eſt, ſi ſint in corpore iuris
c clauſæ:ſecus ſi ſit municipalis pſcriptio, ex eodẽ ti.c. ꝯſtitutus[c].
25 †¶Eccleſia etiam reſtituitur ꝯ præſcriptionem, ſecundum do.
meum. ſic poteſt intelligi ex vt lite non conteſt.accedens.j.&
de re.eccleſi.non alien.ad noſtram. Goffred.tamen contra, de
hoc ext.eod.c.j. Item & præſcriptiones iudiciorum currunt.ſed
d reſtituitur,C.de iudic.properandum.§.fi. Vincen.dixit[d], quod
eccleſia ſemper habet auxilium reſtitutionis, niſi vbi cautum in
contrarium inuenitur: ut in præſcriptione temporali, quæ ho-
die non currit ꝯ minorẽ:olim vero currebat, ſed reſtituebatur,
vt patet in exceptione non numeratæ pecuniæ,C.in quibus cau
ſis in integ.reſtit.non eſt ne.l.fi. Sed tamen pręſcriptio tempora-
lis ꝯ eccleſiam currit,vt patet in vſucapione, quæ currit ꝯ eam,
nec reſtituit̃, vt 16.quęſt.3. placuit.& l quas actiones. C.de hæ-
retic.auth.idem extra de pręſcri.capitulo, j.Dom.Clemens.Pa-
pa IIII. pronunciauit ꝯ Treuerenſem electum, ꝙ poſt bien
nium non poſſet contra mercatores opponere exceptionẽ non
nemeratæ pecunię,vel doli:quę ad idem tendunt:& eos non de-
e bere cogi reſpondere poſitionibus electi cauſam tangentibus[e].
26 †¶Sed cum dixerim, tẽpus quod datur ad ꝓponendam exce-
ptionem non numeratæ pecunię.non currere minori, vr̃,ꝙ hoc
priuilegium nullū ſit.nam poſt minorẽ ętatem exactam non cur
rit biennium:& ſi poſtea non reſtituit̃:ſed ſi alias eſſet deceptus,
haberet quadrienium,ꝙ currit poſt 25.annos, vt C.de tẽp.in in-
teg.reſtit.l.j.& fin. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ poſt 25.annos hẽt
biennium, & poſt biennium habet quadriennium: & eſſet ma-
ius tẽpus. Vbert.vero dixit, & melius, quod hoc biennium vti-
lius eſt quadriennio.nam in iſto biennio non habet neceſſe pro-
bare ſibi fore pecuniam numeratam, vt C.de non nu.pec.ſi ex
cautione.ſed quando habet quadriennium, tunc ſe habet ꝓba-
re & læſum,& minorẽ tẽpore ꝯctus fuiſſe, vt C.de in integ.reſt.
27 l.4.†¶Sed quare in contractibus non ſeruat̃ ipſo iure illæſus,ſi-
cut & in pręſcriptionibus? Reſpon.in contractibus eſt incertū,
an ſit deceptus, vel non.vnde non debet reſtitui, niſi deceptio-
ne probata,vt C.e.ti.ſi minorẽ.& j.ver.illud quoque.In pręſcri
ptionibus autem tẽporalibus certum eſt, ꝙ deceptus eſt.vnde
in certis locus non eſt coniecturis, vt ff.de verb.ob.continuus.
§.cum ita. Quid ſi minor ſtetit per biennium, vel triennium,
quod non ſoluit penſionẽ;nunquid currit ei illud tẽpus, an ſer-
uabitur ipſo iure illæſus?de hoc j.de loca.§ nunc aliqua.verſic.
28 14.†¶Quid de præſcriptione vnius anni, quę currit, ei qui nō
accepit inueſtituram feudi, ut rępellat̃ poſt annū? Et dic,ꝙ non
currit pupillo,ut C.de pręſcr.30.annor.ſicut.§.fi.ſed adulto ſic,
ſed reſtituit̃: quia geſtum eſt cum minore, ut ff.de min.ait præ-
tor.in prin.¶Quid in pręſcriptione, quæ opponit̃ redhibitoriæ,
uel conſimili?ut ff.de redhi.act.[illegible]iendum.§.fi.Reſpon.forte ip-
ſo iure ſeruatur illæſus,ſm Vb[illegible] autem teſtes pro minore in-
29 ducti nil dicant,dic,ut in § fi.[illegible] autem hæc ma[illegible]a ſub cō-

f pendio commemoretur,no.[f] ꝙ quædam ſunt tẽpora,quibus ec-
cleſia ipſo iure ſeruatur illæſa, nec ſibi currunt; ut pręſcriptio
decem uel 20.annor.ut 16.q.3 §.poteſt.circa prin.cum ſuis con-
cor.ext.de pręſcr.ad aures. Quędam, in quibus dormit,ſeu ſuſ-
penditur pręſcriptio:& ſeruatur eccleſia ipſo iure illæſa, ut cum
uacat, ext.de in integ.reſti.auditis.uel cum habet pręlatum hę-
reticum ext.de pręſcr.c.j.uel ſuſpenſum, ext.de conceſ.pręb.qa
diuerſitatẽ.& tempore hoſtilitatis,ext.de pręſcr.ex tranſmiſſa.
& c.cum nobis.& c.auditis.Quędā,de quibus dubitatur, an cur-
rant:ut eſt biennium & triennium,quę currunt ꝯ canonẽ nō ſol
uentes,cū quędam iura dicant non currere ꝯ eccleſiam, 16.q.1.
§.nouarum.& C.de ſacroſan.eccl.placet. quod concedit Gof.&
g quidā dicūt ꝯ,ut C.lib.x.de exact.trib.l.fi.quæ incipit,ſi diuinas[g].
Sic ẽt dubitatur de uſucapione, an currat ꝯ eccleſiam? & uide-
tur,quod ſic,ut in prædict.§.poteſt.& l. quas actiones. Sed eſt ꝯ
h C.in quibus cauſis in integ.reſt.non eſt nec.l.fi.[h] & in his eccle-
ſia reſtituitur,ſi lædatur,C.ſi aduer.uſucap.l.fi.in fi. Quædā ſunt
quę currunt ꝓ certo,nec reſtituitur, ut patet ext.de ele.ne pro
defectu.& de conceſ.pręben.nulla.& hoc propter negligentiam,
quę dolo comparatur,ff.depoſiti,quod Nerua.ſed tunc nō cur-
rit eccleſie, ſed perſonis,extra de pręſcri.c.j.Quędam uero cur-
runt pro certo, & pro certo reſtituūt̃, ut in decendio,quod dat̃
ad appellandum, quod currit eccleſiæ, ſed reſtituit̃ ad illud, ut
extra de in integ.reſtitut. c.fi.& C.ſi ſępius in integ.reſtit.poſtul.
l.j.Quędam pro certo currunt, ſed eſt dubium, an reſtituantur,
ut in pręſcriptione 40.annorum, ut ex d.c.auditis.Sed & in mi-
nore dic,quod olim ſibi quædam tẽpora currebant,nec reſtitue
batur:nec hoc hodie immutat̃:ut præſcriptio 60.dierū,qui dant̃
ad accuſandum iure mariti, ut ff.de minor.l.auxilium. Itẽ pſcri-
ptio quinquennij,quæ currit minori uolenti mouere quęſtionẽ
ſtatus alicui, cuius mater tẽpore mortis ingenua habebatur.ſi
enim tacuerit per quinquennium à tempore mortis ſion reſti-
tuitur etiam hodie,ut C.ne de ſtatu defunct.ſi mater.& extra de
coniu.ſer.licet.Item in tempore ſtatuto ad confectionẽ inuen-
tarij,ut in auth.de hęred.& Fal.Collat.j.§ fin. Item in tempore,
quo durat inſtantia iudicij: ſed tunc diſtinguitur, an tutor ſit ſol-
uendo ut C.de iud.properandum.§ fina.Et ſic intellige ff.de mi-
nor l.& ſi ſine.§ item ſi non prouocauit.& §.item in eremodi-
cijs.Idem forte in tempore ſtatuto ad appellandū, ut in prædic.
§.item ſi non prouocauit.& hoc, ſi tutor non ſit ſoluendo: alias
non. Item quædam tempora ipſo iure olim ſibi non currebant
nec hodie currunt,ut quinquennium, quod datur pro quærela
inofficioſi teſtamenti,ut C.in quibus cauſis in integ.reſti.non eſt
nec.adoleſcentiæ.ff.de minor.l.interdum. C.ſi maior.fac.l.final.
in his enim nil immutatur. Vnde contingit, quod ẽt poſt 30.an-
nos minori ſubuenitur. Item quædam erant olim tempora, quæ
currebant minori, ſed reſtituebat̃: in quibus hodie immutatur,
vt in præſcriptione 40.annorū. C.in quibus cauſis in integ.reſt.
non eſt

## ADDITIONES.

a Pap. ¶ Qui hoc,& id,quod ſequitur,not.in dec.ſuſcitata, vt ibi ſcripſi ſuper glo.iſte fuit.

b Suſcitata. ¶ Idem M.de Fa. vbi ſ.quæſtione 4. allegat multa licere inci-denter,quæ tamen non licent principaliter. C.de iu.l.3.& de ord.iudi.l.4. patet eodem tit.c.penultim. ADDE, quod reſtitutio in integrum inciden-ter,& verbotenus peti poſsit,Bal.conſilio 275.3.lib.

c Conſtitutus. ¶ Vt ibi ſcripſi ſuper glo.conſuetudo.eſt idem in conuentio-nali,per l.Aemilius.ff.de mino.vide etiam, quod ſcripſi extra e.tit.c.fi.ſub ſexta obiectione.

d Dixit.¶ In dec.auditis,ad fi.eodem tit.

e Tangentibus. ¶ Vide,quod contra hoc diffusè ſcripſi poſt Hoſt.de ſolut. c.final.

f Not. ¶ Secundum Petr.& Abb. qui hoc not. eod.titulo, capitul.fin.vbi ſcripſi.

g Diuina. ¶ Vide quod ſatis ſcripſi de reli. domi. conſtitutus.ſuper gloſſ. hoc ideo.
ADDE, quod Bald. conſili. 224.1.lib.tenet, quod eccleſia per non ſolu-tionem canonis incidat in commiſſum: & ibi dicit, quod ſi opinio Ioan. Andr.in di.c.conſtitutus eſſet vera,emphyteuſis non teneret ſuam naturā
ADDITIO. Adde tu eundem Bald.in l.placet.in 3.not. C.de ſacr. ſan.eccle.vbi etiam iſtud tenet.& ad illam legem,quæ ſolet induci in con-trarium reſpondet, quod ibi loquitur de tranſlatione rei fiendæ in pœ-nam:vt ſi non ſoluitur tributum Imperatori:ſed in caſu,de quo hic tranſ-latio fit ex natura contractus:& res reuertitur,ad dominum ſuum:& idem tenet Petr. de Ancha.in d. capitul.conſtitutus.col. penul. verſicul.ex hac etiam gloſſ.de reli.domib.& ibi per Car.Zaba.vide in col.fi. ver.quæro in eo.& Panor.in col.penul.ver.in gloſſ.in verb.iuſta. Et an oporteat, quod ceſſet per triennium,ſicut dicimus de priuato in priuatum, vide Bald.in authentic.qui rem.in 2.colu.verſicul.quærit hic gloſſ. C.de ſacroſanct.ec-cleſ.vbi tenet, quod ſufficit biennium, & quod ita ſentit ibi gloſſ.Henric. Ferran.

h L.fin. ¶ Et vide,quod ſcripſi e. tit.c.1.ſuper 4.glo.& de reg.iur.poſſeſſor ſuper fi.primæ glo.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

non eſt nec.ſancimus.in fine.vbi de hoc.Item quædam olim tē-
pora currebant minori,ſed reſtituebatur:quod eſt hodie imminu-
tatum:quia ipſo iure ſeruabitur illæſus in omnibus tēporalibus
præſcriptionibus,ſcilicet decem,vel xx.vel v. annorū, & in aliis
omnibus temporalibus, vt in prædicta l.ſancimus.vbi ius vetus
30 corrigitur.¶†Sed quare tempora, quæ dantur ad appellandum
currunt minori & eccleſiæ,vt dixi,cum ſint temporales pręſcrip
tiones?de hoc C.qui.non obſt.lon.temp.præſcriptio.non eſt.Et
dici poteſt,quòd ſunt tres ſpeciales caſus, in quibus temporales
præſcriptiones contra minores currunt,ſed reſtituuntur,ſcilicet
ad appellationem omiſſam,vt dixi:& contra inſtantiam iudicij,
quæ perit lapſu triennij, vt ſuprà Item cum adiit hæreditatem,
quo ad ea,quæ ante hæreditatem petere potuit,vt in authentic.
31 de hæred.& Fal.§.pupillus.ſecundum Odofred. ¶†Diximus de
reſtitutione minorum:nunc aliqua de reſtitutione maiorum ſub
iiciamus. Scias ergo, quod ſi maior 25.annis læſus eſt in iudicio,
vel extrà,dolo,vel metu aduerſarij ſui,reſtituitur per actionem
de dolo,vel qđ metus cauſa,iudicis officio C. de dolo malo, &
C.quod metus cauſa, & extra eodem,per totum ¶Item ſi lædi-
tur,dum abſens eſt cauſa neceſſaria,vel probabili,puta cauſa rei-
publicæ,vel ſtudii,vel peregrinationis,vel legationis ſuæ ciuita-
tis, vel proſequendæ appellationis, vel teſtimonii ferendi, vel
quia in vinculis,vel cuſtodia publica,ſeu priuata detinetur,& ve
nire nō poteſt:& reſtituitur in eo,quod in abſentia ſua lęſus eſt,
ff.ex quibus cauſis ma.l.ſuccurritur.& in eadem cauſa,& ff.de iu
32 dic.l ii. ¶† Verum circa ſententiam contra maiorem abſen-
tē legatam,diſtingue;an abſens fuerit ꝓbabili & neceſſaria cau-
ſa,vel probabili tantum,uel neceſſaria tantum, vel volūtaria tā
tùm,vel ex contumacia. In primo caſu ſi fuit legitimè defenſus,
reſtituitur ad appellandum tantum:ſi vero non fuit legitimè de-
fenſus,vel nullo modo, reſtituitur ad totam cauſam ex integro
a agendam.ff.de in integ.reſtitutio l.final.[a] ff.de iudic ſi prætor.ff.
ex quibus cauſis ma.l.& l.ab hoſtibus reſponſ. i. In ſecundo caſu
ſi fuit legitimè defenſus, in nullo reſtituitur: ſi minus legitimè,
vel nullo modo,poteſt appellare ſuo cōmuni iure, ff.ex quibus
cauſis maior l.nec non.C. quomodo & quando iudex,l.ab eo.ff.
quando appellandum ſit, l.j.§.fin. ideoq́ue non reſtituitur, ni-
ſi forte quando nullum potuerit relinquere procuratorem:vel
reliquit,ſed mortuus eſt tunc enim reſtituitur ad cauſam tractan
dam.argumentum prædic.l.necnon cum dicit,procuratore ſuo
defuncto,&c.Idem quoque eſt in tertio caſu,vt ff. ex quibus cau
ſis ma. ſed & ſi §.j. & de minorib. Papinianus. In quarto autem
caſu in nullo reſtituitur, ff. de re iudicata. de vnoquoque
33 ¶†Quid ſi is,qui conuentus eſt in iudicio,lite cōteſtata eligit in
poteſtatem,vel rectorem alicuius loci,& datur ei licentia eundi
ad poteſtariā : cùm autem eſt in media uia,citatur, vt ueniat ad
audiendam ſententiam:ipſe verò non venit,ideoq́ue fertur ſen-
tentia contra eum: nunquid debet reſtitui, quaſi ſententia non
tenuerit? Videtur, quod ſic,argumentum. C. ex quibus cauſis
maior.in integrum reſtitu.l.i.& de magiſt.conue.l.i.ff.de tuto.&
cura.dat.ab his.diuus. Argumentum tamen contrà ff.ex quibus
cau.ma.l.& q data opera.& l.reipublicæ.de hac materia vide, vt
not.ff.de in integ.reſtitut.l.fin. & 2.quęſtione vi.biduum.verſi.
b palam.In quinto [b] caſu, ſi eſt fictè contumax,auditur appellans:
ſi autem vere,minimè.quæ dic.vt ſuprà de cōtumacia. § primo.
34 ¶†In ſumma not. [c] quod reſtitutio alia debet ex ſola miſeri-
c cordia, alia ex debita iuſtitia. Ex ſola miſericordia debet illa,
quam ratione peractæ pœnitentię miſericorditer petit ſuſpēſus,
vel damnatus ab eo,qui ſuſpēdit,vel damnauit, vel ab eius ſupe
riore, vt l.diſtinctione,contumaces.& capitulo,ponderet.ext.de
cle non reſi.ex tuæ.ext de iudic.cap.at ſi clerici.prope fi.ibi,poſt
peractam pœnitentiam,&c.depoſitus verò, ſeu ſolēniter degra
datus à ſolo Papa petere poteſt,vt 2.quæſtiōe vi. ideo.Et hoc ꝓ
prie dicitur prioris ſtatus reintegratio,de qua ſuprà de legato,§.
nunc oſtendendum.verſi.nono.& §.genera.ext.de cleric.excom
munic. vel depoſ.miniſt.c clerici.& in præd.c.ideo.Ex iuſtitia au
tem debita eſt illa,quæ datur minori xxv.annis,vel etiam maiori
reipublicæ,vel ex iuſta,ſeu probabili cauſa abſenti, vel eccleſiæ,
vel reipublicæ lęſis aduerſus contractum,uel quaſi aduerſus ſen
tētias,uel iudiciorum proceſſus,& aduerſus delictum, uel quaſi,
in quo ſoli minori ſubuenitur quandoque: de qua reſtitutione
d hic agimus [d].¶†Illud quoque prætermittendum non eſt: quod
tunc demum danda eſt reſtitutio,cum probata eſt læſio, ut extr.
eodem,cum veniſſent.§ nos igit.vel noua defenſio,ut eodem ti.
c.fi.Arg.tamen contrà,e.tit.ſuſcitata.ver.procurator contrà ſen
tentiam admiſſus eſt nulla lęſione probata.& c.auditis.vbi reſti-
tuitur ad exceptiones probandas,non probata lęſione, nec pro-
bato ſe neceſſariam probationem omiſiſſe,in ver.licet autē. ibi,
ut aſſerit,&c.nō enim dicit probauerit. ¶ Ad ſolutionem igitur
horum contrariorū diſtingue:nā aut eccleſia,uel minor petit ſe
reſtitui ext.iudicium,aduerſus peremptorias probandas,uel ad-
uerſus contractus: aut in iudicio: & tunc aut in his, quę præce-
dunt ſententiam,aut contra ſententiam.Si in his,quæ pręceſſit,
tunc & breuiter in cunctis eius negligentia omiſſis fit reſtitutio,
non probata lęſione.Ipſo.n.tractu temporis, uel propter ipſam
negligentiam ſatis apparet læſio. vnde non eſt neceſſaria proba-
tio,ut s.uer.ſed quare in cōtractibus.putà quia omiſit probatio-
nem neceſſariam proponere ante concluſionem, ut in præd.ca.
auditis. uel omiſit munimenta cauſæ intra tps à iudice ſtatutum
exibere,ut in capitul.coram. Si autem aduerſus ſententiam, uel
contractum reſtitutio petatur,ut uidelicet reuocetur, neceſſe ha
bet probare ſe læſam in ſententia.ut in pręc.cū ueniſſent.& eti.
c.fi. vel in contractu,ut e.tit.c.i.& c. cōſtitutus. His enim caſibus
non probat ſe læſam,eo quod cenſetur iure minoris,ut e.ti.ca.i.
uerſi.ſed quare in contractibus.ſicut nec minor,ut ff.de iureiur.
nā & poſtea.§.ſi minor.Sed adhuc obſtat præ.c.ſuſcitata.ſed dic
quod ibi fit reſtitutio non contra ſententiam,ſed ad exceptionē
peremptoriam ſcilicet ad præſcriptionem proponendam;ideo-
q́ue ibi non reuocatur ſententia:imo executioni interim manda
tur, donec exceptio ſit probata. Vbi autem fit reſtitutio contra
ſententiam,totus proceſſus reuocatur. Vnde neceſſe ſunt nouæ
defenſiones,ut s.eodem §.uer. ſed quam uocas.& ſic eccleſia ibi
læſa fuerat per negligentiam. unde non probat læſionem,quia
iam apparet ex negligentia,uel omiſſione.& uide,quod not.ſu-
prà uerſic.ſed pone,eccleſiæ.Sed ſi minor,uel eccleſia omiſit op
ponere declinatorias,ſeu dilatorias ī termino adhuc ſtatuto,ſub
uenitur ei læſione probata,ut in pręc.ca.conſtitutus.¶Quæ (ut di
cunt quidam) probabitur iſto modo:Primò enim probabitur,v-
trum exceptiones,quas omiſit in termino,& nunc intendit pro-
ponere,ſint legitimæ,extrà,de appellat.ut debitus.quo inuento
læſio apparet eo ipſo,quod ipſas,uel eas in termino non propo-
35 ſuit,ut in præc.a.cùm ueniſſent.circa finem.¶†Sed nunquid ec-
cleſia uel minor poteſt contra confeſſionem ſuam reſtitui, non
e ꝓbato errore [e]? Reſpon.non,ut s.in prin.huius §.quia ſi detulit
minor iuramentum, non ideo ꝓbatur læſus:quia poteſt eſſe, ꝙ
is,cui detulit,uerum iurauit,& ſic minor non læditur.Sic & eccle
ſia potuit confiteri ueritatem:& ita non eſt lęſa.Vnde neceſſe nō
habet probare errorem,ut in præ.§.ſi minor.& argumentum.ff.
de confeſſ.certum. §. penultim.Sed ſecundum hoc eccleſia non
eſt priuilegiata, uel minor: quia quilibet maior reſtituitur con-
tra confeſſionem,probato errore facti,ut ſuprà de confeſſ.§.po
ſtremo.Dic,quod imo:quia maior hoc non poteſt,niſi ante ſen-
tentiam:minor uero hoc poteſt ante & poſt. Vtrum autē,& qua
liter eccleſia poteſt reſtitui contra ſententiam,no.Vinc.extra,de
37 reſtitut.in integ.tum ex literis. ¶†Et ſcias,quod hoc beneficium
competit,cum res,uel perſonæ læſæ ſunt enormiter,nec habent
aliud auxilium, per quod eis ualeat ſubueniri.nam ꝓ modica lę
f ſione nō datur [f]:nec ubi illud ſupereſt ordinariū remedium:puta
quia contractus non tenuit:uel ſi competat aliqua actio, uel ex-
ceptio,per quam lęſus ſibi proſpicere poſſit,ff.de minori.ſcio ꝙ
g ſitum.& l.in cauſæ. 2.reſponſo j.[g] & §.i & 2.C.in quib.cau.in in-
h teg.reſt.non eſt nec l i.& 2 extr.eodem,capitulo.i.ſecundū T.[h]
38 ¶†Hoc autem generale eſt, quod minor reſtituitur contra eū,
cum quo contraxit,uel contra eius hæredem, & non contra ter-
tium,ad quem res peruenit,niſi in ſubſidium:uidelicet ſi ille,cum
quo contraxit,non eſt ſoluendo,ff.eodem in cauſæ.§ fi. & l.pla-
ne.Itē minor deceptus à ſeruo,uel filiofamilias, reſtituitur quā-
doque contra dominum, uel patrem familias, ff de mino. quod
ſi minor.§.ſi ſeruus. Quidam tamen dicunt, quod ſi nihil ad eos
peruenit,ſola ſerui,uel filii caſtigatione liberantur, ff.de his, qui
deiec.uel effu.argum.l.j.§.cum ſeruus.ff.de iniu.l.i §. ſed ſi unus.
39 & § cùm ſeruus.ff.de iu.omn.iu.ſi quis.§.in ſeruos. & iunge, qđ
i eſt j.§.proximo. ¶†Vltimo not. [i] quod reſtitutio in integrum,
quan-

## ADDITIONES.

a L.final. ¶ Et ibi hæc diſtinctio.& 2.quæſtione vj. biduum. uerſiculo, ſi
aduerſus.

b In quinto.¶ Quem omiſerat Tan.

c In ſumma no.¶ Secundum Tanc.vbi s.in principio.& Ioan.de Deo ubi s.
hæc verba pluries repetit.

d Agimus.¶ Verbum Tanc.dicentis,quod de præcedenti, quæ fit ex miſeri
cordia,nil ad hoc opus:& facit j.§.2.in fin.ADDE, ut per Alexan. conſi.
103.libr.1.

e Errore.¶ Vide e.tit.c.2.lib.6.& quod ibi not.

f Non datur.¶ Ponit Roſ.exemplum,ſi res ualens xx.venditur pro 18.

g Reſpō.i.¶ Vide,quod ibi not.ſed plenius,quàm alibi, per Roſ.vbi s.verſ.
circa iſta q̄ritur.& ver.ſed nūc videamus. & ibi in fi. reprehendit dicentes,
quòd vbi alia actio competit,non datur iudicis officium.debet enim hoc di
ctum reſtringi ad reſtitutionis beneficium.Et eſt ratio:quia iſto caſu cōtra-
ctus reſcinditur. Vnde iuſtū eſt illud negari,vbi aliud auxilium competit:
quæ ratio ceſſat in aliis: ſufficit, qu[illegible] not. s.de ſent en.exc.§.breuiter.

h Secundum T.¶ Vbi s.verſ.omn[illegible]

i Not.¶ Secundum Mar.de[illegible]

quando que petitur incidenter & tunc non eſt libellus neceſſarius: quandoq; verò principaliter, & tunc eſt libellus neceſſarius, & litis conteſtatio, & ſententia, vt extra de offic. iudic. ca. 2. & ſ. de offic om. iu §. incidenter. verſ ſed quæritur. & j. de li. conteſt.
40 §. nunc dicendum. verſic 8 ¶†Quid ergo ſi is, contra quem petitur, ante litem conteſtatam ſe abſentet contumaciter? dicunt quidam, quod ante litis conteſtationem non dabitur diffinitiua ſuper reſtitutione danda, vel deneganda, ſed ſolum interlocutoria de mittendo actorem in poſſeſſionem rei, vel quantitatis petitæ, vt in poſſeſ. leg. is cui. extr. vt lite non conteſt. quoniam. cũ ſuis concor. Speciale enim eſt in cauſa appellationis, vt in ea non poſſit lite non conteſtata pronunciari, vt C. de temp. app. l. fin. §. illud. & in hoc concor. B. vt not. ext. offic. iudi. cap. 2. & de in in-
a tegr. reſtitu. ex literis [a]. Sed contrà, per hoc non conſulitur petenti reſtitutionem contra ſententiam. Præterea cauſa reſtitutionis debeat finiri olim intra annum: hodie uerò intra quadriennium: nec enim perpetuatur per litem conteſtatam. At is, contra quem fit miſſio, lite conteſtata perpetuo auditur, ut cõſueuit dici C. de iu. l. properãdum §. ſin autem reus: & C. ubi in rem actio. l. j. Et ideo dicunt Odo. & alii, quod cogetur venire captis pignoribus, vel mulcta indicta, ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. vnica, ff de mun. & hon. l. ſi quis magiſtratus. ff. de liber. agnoſ. ſi quis à liberis. § ſi quis ex his. ff. de uen inſpi l i. §. quid ergo. Inſtit. de ſatiſ. tut. §. fin. & tunc ſi veniet, fiet litis conteſtatio, & ſententia feretur, ff. de min. Papinianus. in fin. & in præ decr. de offi. iu quod ſi non veniat intra tres menſes, uel minus ſpatium ex cauſa à iudice ſtatuendum, uel ſi nolit litem conteſtari, dabitur reſponſio, etiam lite non conteſtata, vt C. vt ſe ab hæredi. abſti. auth. ſi om-
b nes creditores [b]. C. de edic. diui adri. tol l. vnica, § ſin autẽ & hoc probat l. ff. de mi. in cauſæ. § cauſa cognita. quæ dicit indiſtinctè, eam dandam partibus præſentibus, uel per cõtumaciam abſentibus. vñ nos diſtinguere nõ debemus, ext. de trãſlat expiſc. c. inter. 2. q. 5. conſuluiſti. & ſic erit ſpeciale, quod feratur ſentenia diffinitiua in cauſa reſtitutionis in integrum, quæ habet finiri, vt dixi, olim intra annum, hodie uero intra quadriennium, ſiue ſit lis conteſtata, uel non: ut in præ. l. Papinianus. & C. de tem. ap l. fin. quod eſſe non poſſet, ſi nõ daret ſententia, aduerſario abſente. Poſſet ẽt dici ꝙ hoc non eſt ſententia, ſed decretũ: ut & alias, C. ad Tre. ſancimus §. cauſa autem. ff. de bo. poſ. l. 2 §. ſi cauſa cognita. & l. ſeruus. in prin. ff de leg. præſtan filium. §. ſi quis contra tab. bon. poſ. Eſt enim differentia inter ſententiam & decretum: ut not.
c ff. de off. procon. & legat. nec quicquam §. ubi [c].

ADDITIONES.

a Literis. ¶ Idem Mar. de Fa. vbi ſ. q. 3. & hoc probat, & reſpondet, vt ſ. in præ. dec. 2.

b Creditores. ¶ Quæſtio B. reſpondet ad hanc aut. vide de offi. iud. c. 2. in 2. gloſſ.

c Vbi. ¶ Facit, quod dixi ſ. de primo deciſ ſuper j. §. Habeo quædam ſcripta ſuper l. final. C. de tempor. reſtitu. in integrum, quæ narrant quæſtionem de hoc fuiſſe inter monaſterium Nouantulanum, & commune S. Ioannis in Perſicero: quod monaſterium petijt reſtitui contra quandam ſententiam latam pro communi: pars communis reſiſtebat, ne daretur reſtitutio: finaliter lite non conteſtata lata fuit ſententia, monaſterium reſtituendum: quam Odofred. communis aduocatus impugnabat per prædict. l. & quia lata contra ſolitum iudiciorum ordinem lite non conteſtata, C. de ſentent. & interlocutor. l. prolatam. & inducebat pro ſe deciſ. 2. extr. de offici. iudic. refert Franciſc. Accurſ. pro monaſterio ſe allegaſſe ſententiam valuiſſe, quod iudicis officium fuerat imploratum, vt fieret reſtitutio contra ſententiam: & cũ q d per iudicis officiũ petebatur fieri, non erat neceſſe dari libellum, vel conteſtationem fieri. inducebat quandam gloſſ. Azo. ſuper rubric. ff. de interrogatio. actio. Item quia ſuper actione datur libell. & fit conteſtatiõ: ſed officium iudicis non eſt actio: ff. de minor. quod ſi minor. §. final. ergo conteſtatio non fuerat neceſſaria. Fuit terminatum. quod & ſi ſecundum ſcripta ſuperius, ex quo petebatur reſtitutio contra ſententiam, parte contumace, ſententia ferri potuiſſet, tamen ex quo pars erat præſens, conteſtatio erat neceſſaria, ꝑ præd. decret. 2. & ſic opinionibus, de quibus ſupra, & in prædict. decre. not. non erat hic locus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio integrum qualiter petatur.*
2 *Minor petens reſtitutionem, an debeat exprimere, qualiter ſit leſus au deceptus.*
3 *Minor exprimens vnam cauſam ſuæ læſionis in petendo reſtitutionem, an poterit eam mutare.*
4 *Minor renunciãs beneficio, an poſſit petere reſtitut[...]grum.*
5 *Contrahens matrimonium cum uetula exde[...] reſtitutionem in integrum.*
6 *Minor intrans religionem an gaudere debeat beneficio minoritatis.*
7 *Beneficio ætatis an gaudere debeat clericus maior in patrimonialibus.*
8 *Minor an poſſit renunciare beneficio minoris ætatis: & quid poſt impetratam reſtitutionem.*
9 *Eccleſia an poſſit renunciare beneficio reſtitutionis in integrum.*
10 *Reſtitutio non petitur per actionem, ſed ſolo iudicis officio.*

¶Reſtitutio in integrum qualiter petatur.

3. §. Qualiter autẽ reſtitutio in integrũ petat. planum eſt. Petit enim is, qui læſus eſt, uel ꝓcurator habens ad hoc ſpãle mãdatũ. nam generale non ſufficit, ut ſ. §. ꝓx. uer uerũ. Peti quoque dẽt apud ſuũ iudicẽ præſente eo, ꝯ quem petitur, uel ꝑ cõtumaciam abſente, ut ff. de minor. in cauſæ. §. cauſa. & l. etiam § fi. & l. utrum. §. ſciendum extra de in integ reſt. tum ex literis, in fi. C. ſi aduerſus do. l. ii ff. de ado.
1 nam ita in authen. ut ſpon. larg. §. ad hoc. Collat. ix. ¶†Et ſcias, ꝙ cum petitur reſtitutio, danda eſt dilatio, ſi petatur, C. de dilat. l. fi.
2 ext. eodem per totum, 3. q. 3. §. ſpatium. ¶† Sed nunquid minor
a petẽs reſtitutionem, debet exprimere in libello [a], an dolo aduerſarii, uel ſui facilitate: & qualiter ſit deceptus, ſeu læſus? dic, ꝙ nõ: quia nõ refert quomodo læſus ſit: quia ſemꝑ reſtituitur, ex quo læſus eſt, arg. C. de in integ. reſt. minor. l. in minoribus. ibi etiã dolus, & c. quaſi dicat, non ſolum ſi ſui facilitate ſit læſus, ſecũdum quoſdam. Vbert. tra, arg. C. ſi ſæpius in inte r. reſtit. poſt. l. 2. in fi-
b ne. [b] C. de edic. diui Adria. tol. l. fi. Nam omnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita ſunt dandæ, arg. ff de in inte. reſt. omnes Et dicit aliud eſſe in appellatione à ſententia, in qua non tenetur
3 qs cauſam exprimere. ¶†Sed ſi expreſſit unam cauſam, nũquid poterit poſtea eam mutare? Videtur ꝙ ſic, arg. ff de ap. ſcio. in fi.
c & ff. de nox. act in delictis. § fi. Alii contrà [c]. Sed nũquid poterit plures cauſas ſimul proponere? Reſpon. ſic argum. ff de ædil edi.
4 ſi tamen. § pe. & no. ff. de ſuſpect. tut l. i. ¶†Quid ſi minor renunciat beneficio minoris ætatis, nunquid poteſt petere reſtitutionem in integrum? Non uidetur, cum cenſeatur maior in ſpiritualibus, ut ext de teſt ſpol. ex parte. ubi no. B. Quod ſi bñficiũ illud
d ſit collatũ alii nõ poteſt petere reſtitutionẽ [d], arg. 7. q. j. eos. ff. de mino. ꝙ ſi minor. §. Scæuola. Vincen. uero no. ext. de in integ. reſt. conſtitutus & c tum ex literis. quod ꝑt, ſiue ſit collatum alteri, ſiue non, ff. de mino. ẽt. §. ex cauſa. & l. præd. §. pen. niſi renunciaret propter monachatum, ut j. dicam Tamẽ ſi epiſ ꝯtulit alii, confert eidẽ aliud, uel illud idẽ. ff. e. plane. & l in cãc. §. fi. & inſtitutus agat contra epiſcopum cõdictione ex illo canone, 7. q. 1. præſen-
e tium. ar. ext. de præben. inter cætera [e]. Accur. de hoc no. ff. de minori. ait ꝑtor. in princip. dicens ſimpliciter, ꝙ non poteſt petere reſtitutionem: quia in ſpiritualibus minor agit, & conuenit, ut maior: & quia iſte magis uidet exoneratus, quam damnum paſ-
5 ſus. ¶†Quid ſi quis contrahit matrimonium cum uetula exden-
f tata [f]? dico quod non poteſt petere reſtitutionem in integrum; argu. 27 q. j. nuptiarum. in princ. & 31. quæſtione j aperiant. & C. de nup. ſancimus. & xiiii. quæſtione vlt. ca fina. nam & ſe uẽdere poteſt ad prætium participãdum, nec reſtituitur, Inſt. de iure ꝑſonar. § pe. Imò in contrahendis nuptiis quicunque contrahere poteſt, & maior fingitur eſſe, cui non ſubueniet beneficio ætatis, arg. ext. de deſp. impub. de illis. 2. & c. fi C. ſi minor ſe ma. dix. l. 3.
6 ¶†Sed nunquid minor intrans religionem, habet hoc beneficium? Reſpon. non: quia non dicipitur, qui cum ditiori contrahit ſponſo,

ADDITIONES.

a In libello. ¶ Quando ſit neceſſarius, dixit & remiſit ſ. §. proxim. verſiculo, penulti. quod congruentius fuiſſet hoc præmiſſum ſub iſto §. qualiter

b In fine. ¶ Per hanc legem dicit ipſe Vbert. in l ibi ſequent. quod beneficium reſtitutionis perſonale eſt: & ſic exmenda eſt cauſa in libello: faciunt not. extr. de libe. oblat. capitul. 2. in j. gloſſ. ADDE, an minor debeat probare læſionem, & qualiter illa probetur, Alex. conſi. 21. j. libr. & contrarium eius, quod hic tenet Spec. tenet ipſe in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur.

c Alij contra. ¶ Scilicet Vber. prædictus, vbi ſ. & hoc poſt litem conteſt. per not. C. de eden. l. edita. Ad l. ſcio. eſt reſponſum ſ. proxim. ſequen. Solue, ut ibi not. in fine. j. gl.

d Reſtitutionem. ¶ Ac ſi dicat, poteſt: ſi non eſt collatum: quod placet Hoſtienſi, ſi eccleſiæ & animabus expedit, vt ibi dixi. ADDE, vt Ang. conſi. 187. & 311.

e Inter cætera. ¶ Ipſe tamen Vincentius præd. decret. ex parte. tenuit cum Io. & Ber.

f Exdentata. ¶ Sine dentibus; verbũ Vin. in decret. conſtitutus. in prin. eod. titul.

ſponſo, & optimè eius negotium geſtum eſt, 27. quæſtione j. ſi-
a cut de conſec. diſt. 5. nunquam [a]. Deo tamẽ electo quatuor dies,
b ext. de regul. & tranſeunt. ad relig. ad noſtram [b]. Nec in hac parte
ſubuenio eccleſiæ, ſi ſe totam ad religionem ↄuerteret & vellet
c reſtitui, extr. quod met. cau. ca. cum dilecti. ſecundum Vincen. [c]
7 ¶ † Sed nunquid clericus maior habebit hoc beneficium in pa-
trimonialibus. Arg. quod ſic, xvj. qu. i. ſimpliciter. ext. de immun.
eccleſ. nõ minus. ext. de vita & honeſt. cler. ca. fin. Dic contrà: nõ
obſtant prædicta iura: quia ibi dicitur, quod eodem iure gaudent
tres clericorum, quo & eccleſiarum: verum eſt, quo ad defenſio-
d nem, xij, q. 2. eccleſiarum ſeruos. ſecundum Vinc. [d] ¶ † Sed nun-
8 quid minor poteſt renunciare beneficio minoris ætatis? Reſpõ.
non: quia & in hoc eo ipſo decipitur, ff. de minor. interdum. ibi,
hoc enim ipſo, & c. & l. & ſi ſine. §. reſtitutus. & l. ait p̃tor. in princ.
e ſecundum Azo. Arg. contra, eo. l. ſi iudex [e]. ¶ Itẽ nunquid minor
poſt impetratam reſtitutionem poteſt renunciare beneficio re-
ſtitutionis, quod pro ſe inductum eſt? Reſpon ſic, vt in præ. l. ſi iu-
f dex [f]. Quid ſi minor appellauit à ſententia contra ſe lata, nunqd
appellatione pẽdẽte poterit petere in integrum reſtõnem? Dic,
quod ſic, vt no. C. ſi aduer. rem iudi. l. pe. & in Sum. Azo. e. ti. cir-
9 ca medium. ¶ † Quid de eccleſia, nunquid poteſt renunciare be
neficio reſtitutionis in integrum? Reſpon. no. Vin. ext. de reſti in
g integ. tum ex literis, ꝙ ſic, vt ff. de minor. ſi iudex [g]. Quid ſi ſterit
per annum, ꝙ non fuit vſa reſcripto? Reſpõ. ſi id dolo omiſit nõ
reſtituetur, C. ſi aduer. delic. l. j ext de reſcri. ſi autem. Si verò per
negligentiam, ſic, vt ibi: & arg ext, de in integr. reſt. auditis ſecun
h dum Vin. [h] ¶ † Item nota, quod reſtitutio non petitur per actio
10 nem, ſed ſolo iudicis officio, ff. de minor. quod ſi minor. § fi. & l.
illud. §. j. & l. quod ſi ſpeciali. & datur ad hoc vtilis. actio in rem.
i ff. eo. in cauſæ & l. plane [i].

ADDITIONES.

a Nunquam. ¶ Vide, quod ſcripſi de regula, cum virum. ſuper fi. 2. gl. vbi inuenies, qui doctores, & quæ gl concord. huic dicto.
b Noſtram. ¶ Illa decr. de tribus tantum. & tene, quod habes de reg. conſti. in fi. lib. 6.
c Secundum Vinc. ¶ Qui hoc not. eodem tit. cum ex literis. & ibi etiam, qđ ſtatim ſequitur.
d Secundum Vinc. ¶ Hoc reſpõ. not. & alias additur in præ. c. ſimiliter. & vide, quod not. ea. cauſa, & quæſtione iiii. capitul. i. item adde glo. & ibi Scribentes in clementi. vnica. de reſtitu. in integ. quam Doctores communiter adijciebãt.
e Iudex. ¶ Solue per id, quod ſtatim ſequit̃: & vltra id renũciat ibi ipſo facto nolendo vti reſtitutione conceſſa.
f Iudex. Et eſt hoc vltimum verbum Azon. in Summa, & idem Mar. de Fa. in 6. quæſtione.
g Iudex. ¶ Salua auctoris pace, Vin. ibi loquitur expreſsè de reſtitut. iam impetrata: & ſic etiam loquitur l. vt s̃. patet. Vnde Mar. de Fa. vbi s̃. q. 7. tenet in futura reſtitutione contrarium, cum ex tali renunciatione eo ipſo pateat eccleſiam, vel minorem eſſe deceptam: & ſic contra id etiam ſępius poſſet reſtitui, ff. de minor. & ſic ſine. §. reſtitutus autem. & l. interdum. circa princ.
ADDE, ꝙ Ange. conſil 187. circa fin. tenet minorem & epiſcopum non poſſe renunciare futurę reſtitutioni, per d. l. ſi iudex. & idem tenet Pano. in c. i. ext. eo. etiam ſi iurauit epiſcopus: ſecus ſi minor: alle. glo. ſingularem in c. i. e. tit. lib. 6.
h Secundum Vin. ¶ Vbi s̃. ſed in dec. plerunque de reſc. in fi. dixit hoc ſub dubio fortè, ut ibi ſcripſi in gl. quid erit.
i Planè. ¶ Ad literam poſuit hic Io. de Deo in cauil. ultra medium uer. i tem hoc no. idem Mar. de Fa. vbi s̃. in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Minori in tempore decepto quãtum tempus in reſtitutione ſibi facienda ſit concedendum.*
2 *Eccleſiæ quantum tempus ſit ad reſtitutionem ſibi faciendam determinatũ.*
3 *Eccleſia & reſpublica æquiparantur.*
4 *Maior xxv. annis læſus in eius præſentia, intra quantum tempus reſtitui debeat.*
5 *Abſens non debet plus iuris habere, quam ſi fuiſſet præſens.*
6 *Reſtitutione ex miſericordia petita, non eſt tempus ad eam faciendam præfixum.*

¶ Reſtitutio intra quod tempus danda ſit.

a 4. §. Intra quod [a] tempus reſtitutio dãda, ſit, breuiter tã
gamus, licet cũctis hæc materia ſit nota, & ab
omnibus tacta. Scias ergo, ꝙ minor xxv, annis eam poteſt petere
toto tempore minoris ætatis, etiam poſt completum 25. annũ
ſecundũ antiqua iura, intra annum vtilem: hodie verò vſque ad
quadriennium à prima die xxvj. anni continue numerandum, i.
vſque ad finem 29. anni, vt C. de temp. in integ. reſt. l. final. & hoc
cũ ledit̃ p factũ ſuũ, ſiue per alienũ, ſuã ſiue p uel alienã negligen-
1 tiam. ¶ † Sed ſi minor in tempore decipiatur, videlicet ꝙ patia-
tur tempus ſibi labi in præiudicium rei, vel actionis ſuæ, & eſt in
cauſa reſtitutionis, dicunt quidam, ſuper quadriẽnium ſibi con-
cedendum poſt 25. annum ad obtinẽdam reſtitutionem, p præ.
l. Azo dixit quod ſi lædatur tractu temporis, ſ. quadriennij, vel
maiori tempore habebit quatuor annos ad reſtitutionem obti-
nendam, poſtquam peruenerit ad legitimam ętatem. Si uero mi-
nori tempore lædatur, poteſt eam petere toto tempore minoris
ætatis: & tanto tempore poſt xxv. annum, quanto tempore fuit
læſus, argument. ff. quando acti. de pecul. eſt an. cum poſt mor-
tem. ff. de minor. interdum. §. plane ſi defunctus. & 47. diſtinct.
omnes in fin. & C. libr. x. de his, qui in exil. dati vel ordi. mod.
b ſunt, l. j. & de pœn. diſtin. i. uide [a]. ¶ † In reſtitutione autem eccle
2 ſiæ concedenda variant Sapientes dicunt. n. Ala. & G. Nat eius di
ſcipulus ſemper ſine temporis præfinitione eam ſuper eadem læ-
ſione ſibi concedendam: quia eccleſia iure minoris ſemper de-
bet illæſa ſeruari. ext. eo. cap. i. & exponunt Semper, quaſi Quan
docunque. Sed contra eos eſt expræſſe decr. Greg extrauag. quæ
c incipit, eccleſia. eo. tit. [c] Et quia ſi hoc verum eſſet, nulla præſcri-
ptio, etiam quadragenaria, contra eccleſiam curreret, ſed ſemper
deberet ſeruari illæſa: qđ tamẽ falſum eſt, vt 16 q. 4. §. poteſt. ver.
quas actiones. ext. de præſc. de quarta, & per totũ. Item ſequeret̃
ex hoc abſurditas, vt melioris conditionis eſſet, qui rem eccleſię,
p xl. annos poſſideret nullo, vel iniuſto titulo, quã qui legitimo:
cum ibi tantum reſtitutio locum habeat, vbi contractus tenet, &
cum nullum aliud ſupereſt remedium, vt s̃. §. 2. verſi. & ſcias. Sic
enim res poſſet vendicari poſt xl. annos per in integrum reſtitu-
tionem ab eo, qui iuſto titulo poſsidet: & ille, qui iniuſto titulo
p quadraginta annos poſsidet poſt xl. annos tutus eſſet præſcri-
ptione. Et ideo alii dicunt, ꝙ vſque ad 29. annos à die lęſionis fa-
ctæ numerãdos, ponentes eccleſiam in primo die natiuitatis mi-
noris, arg. præd. dec vbi dicitur, eccleſia iure minoris. &c. Tertij
ponunt eccleſiam in 14. anno: ideo quia contra pupillum nõ cur
rit præſcriptio. ſed contra eccleſiam ſic, vt xvi. quæſt. 3. placuit.
ſicut contra adoleſcentẽ: ideoque dicunt eam reſtituẽdam vſq;
d ad xv. annos à die læſionis [d] Sed contra præmiſſas duas op. oppo
nitur, quod nullo iure ſpeciali fulciuntur: p p quod dicunt Laur.
& T. eius diſcipulus, & B. diſcipulus T. & Vin. & do. meus Hoſti.
& Iac. de Al. magiſter ſuus, & Innoc. IIII. & alij fere omnes, ſtan
dum eſſe legi, quæ dicit, ꝙ oĩs reſtitutio fiſci rei publicæ, vel pri-
uatæ, intra quadriennium limitatur, nec vltra extenditur: & intra
id tempus debet cauſa reſtitutionis tractari, & terminari, vt C. de
tem. in integ. reſt. l. fin. Ex quo patet reſtitutionem eccleſiæ faciẽ
dam vſque ad quatuor annos, & non vltra. Quod dicitur in præ.
decr. Semper. exponunt, i. in omni contractu, vbicunque læditur
enormiter, vt notet ſempiternitatem contractuum, non tempo-
rum, vt pbatur extr. eo. c. i. in fin. vbi fit reſtitutio ad oſtendendũ
priuilegium contra ſententiam, & capit. auditis. vbi fit ad allega
tiones omiſſas, & c. tum ex literis. ubi fit contra ſententiam domi
ni Papæ, & c. ſuſcitata & c. coram vbi fit ad cauſæ inſtructionem,
& ſimilia. Patet ergo, quomodo ſit ſemper, i. in omni contractu.
Ponitur igit̃ eccleſia in xxv. anno: in quo qui eſt, minor eſt, ff. de
minor l. denique. § minorem. & habet quadriennium ad reſtitu
3 endum, vt dixi. ¶ † Hoc idem obtinet circa reſtitutionem reipu-
blicæ: quia eccleſia & reſpublica comparantur, 23. quæſt. 4. quid
4 ergo. & not C. quib. ex cau. ma. in integ. reſti. l. 3. ¶ † Cæterum in
reſtitutione maiorum dico, quod ſi maior xxv. annis in eius prę
ſentia lædatur, reſtituẽdus eſt iuſta de cauſa, cõputabiturq; qua-
driennium à die læſionis. Si uero in abſentia lęſus ſit, computabi
tur ei tempus à die reuerſionis, ita quod tantum tempus ſibi con
cedetur ad reſtitutionẽ poſtulandam, quãto tpe fuit abſens: vt s̃.
dictum eſt de reſtitutione minorum, cum decipiuntur in tempo
re,

ADDITIONES.

a Intra quod. ¶ Dixi in Sum. de tem. in integ. reſtit. poſt prin. & hoc eius dictum poſuit Tanc. ubi s̃. uer. intra quod tempus. ubi etiam ↄtinuat uerſ. ſeq.
b Vide. ¶ Hic, vt in cle. eod. ti. ab eccleſia. quæ diſtinguit tempus intra quod, à tempore ad quod fit reſtitutio.
c Tit. ¶ Et habetur hodie libr. 6. per quam expeditum eſt, ꝙ quadriennij lapſus nocet eccleſiæ. ita quod poſt non auditur niſi eſt cauſa. & per hanc exceptionem ſoluitur ult. quæſtio Mar. de Fa. vbi s̃.
d Lęſionis. ¶ Adiungi poſſet noua opi. ꝙ ponatur eccleſia in fi. xij. anni: vt ſic fauor ipſius augeatur: quia reſtituetur vſque ad 17. annum & ſic pubertatis fœmineę, non virilis conſideratio habeatur, ex quo fœmineum eſt eius nomen, & declinatur, vt tale: Ioan. de Deo dixit, vbi s̃. in Cauil. l. in fin. quod eccleſia reſtituitur vſque ad præſcriptionem completam, dicens. pecus eſſe, qui ten[illegible] contrarium: charitatiuus erat cognomen ſuum alijs tribuendo. [illegible] eſſat in aliis: [illegible]
T. ¶ Vbi s̃. ver [illegible]
[illegible]ndum Mar. de [illegible]

re, ſm Azo. ff.ex qui.cau.ma. ſed & ſi.§. ſed cum feriç. & § quo
ties.intra qđ tēpus cā debuerat tractari & terminari. Quid ſi ab
ſens tantum ſit p vnam diem? Reſ. vnam tātum diem habebit ab
5 reſtitutionem obtinendam, vt in præd § quoties. ¶ Sed quomo-
do intra diem illam ꝓbare poterit læſiones, ſeu læſionem, & ſen-
tentiam obtinere? Reſp. ſibi imputet, qui in tātum ſe arctauit, vt
ff. ſi quis caut. l. ii. §. ſi quis tamen. non enim debet plus abſens ha
a bere q̃ præſens habuiſſet. ¶† Porro vbi reſtitutio ex miſericor-
6 dia petitur, vt s̃. § quis autem. ver. in ſumma ibi non eſt tēpus ꝑ-
fixum: imo quādocunque ſuperiori viſum fuerit, dabit eam: quia
eccleſia nunquam claudit gremium redeunti, C. de ſum. trinit. li-
quet. & xi q. 3. de illis. 23. quæ. 4. duo. Miſericordiæ enim Dei nec
terminum, nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora diffini
re, de pœ. diſtin. i. c. multiplex.

ADDITIO.

a Habuiſſet. ¶ Quæſtio & ſolutio iſta ceſſat hodie, & iuſtificat determinatio
nem cle. ſuperius alle. diſtinguentis tempus ad quod & tempus intra quod:
& reſponſiones ad contraria ibi vide in gl. hæc erant.

*SVMMARIVM.*

1 *Delegatus ab eo, qui non habet propriam iuriſdictionem, vel adminiſtratio nem, an poſſit reſtituere, vel de reſtitutione cognoſcere.*
2 *Ordinarius non habens adminiſtrationem, an poſſit de reſtitutione in integrum cognoſcere.*
3 *Cauſa reſtitutionis in quo foro tractanda ſit.*
4 *Ordinarius in quibus habeat de reſtitutione in integrum cognoſcere, & diſponere.*
5 *Legatus dicitur contra ſententiam delegati poſſe reſtituere.*
6 *Appellans cenſetur iudicicem iniquè pronunciaſſe fateri.*
7 *Iudex eccleſiaſticus poteſt aliquem ad famam reſtituere.*

¶ Reſtituere in integrum quis poſsit.

5. §. Videndum reſtat, quis poſſit reſtituere. Et qdē
glibet iudex, tam ordinarius, q̃ dele
gatus, ſiue ſit delegatus à Principe, ſiue ab alio ordinario admini
a ſtrationē [a] habēte: & hoc, ſiue principaliter, ſiue īcidēter. ¶† Sed
1 ſi delegatus eſt ab eo, qui non habet propriam iuriſdictionem,
ſeu adminiſtrationem, ille reſtituere, vel de hoc cognoſcere nō
poteſt nec etiam arbiter compromiſſarius, niſi incidenter, ſed de
legatus reſtituere poteſt, ſi hoc ſibi ſpecialiter demandetur, extr.
e. ti. cā & c. i. & c. tum ex literis, C. vbi, & apud quos. l. fi. ff de min.
in cauſæ & duabus legibus ſequentib. & l. præſes. Et ꝙ arbiter poſ
ſit incidenter de in integrū reſtitutione cognoſcere, habetur in
præ. c. cum ex literis. & probatur C. de or. iud. l. i. C. de iu. quoties.
2 ¶† Sed nunquid ipſe ordinarius non habens reſtitutionē, de hoc
poteſt principaliter cognoſcere? Dic, ꝙ non, arg. in præ. decr. cau
b ſa. in principio, à ꝯtrario ſenſu [b]. & in præ. tit. vbi, & apud quos,
l. fi. vbi dicitur, ꝙ illi ſoli, qui ibi connumeratur, poſſunt de hoc
cognoſcere: ſed iſte ibi non enumeratur, vt & ibi not. Ergo, &c.
Item vicarius alicuius iudicis cognoſcet de reſtitutione, vt C. de
3 offi eius qui vic. alic iu. obti l. j. ¶† Tractabitur autem cauſa reſti
tutionis in foro eius, ꝯ quem petitur. C. vbi, & apud quos in inte.
4 reſtitutio poſt. l. ii. ¶† Et nota, ꝙ ordinarius cognoſcit de reſtitu
tione, reſtituendo tam in contractibus, quam in aliis, & etiam cō
tra ſentētiam à ſeipſo latam, vel a prædeceſſore, ſeu à ſuo inferio
re, ſed nō ꝯtra ſententiam a maiore latam: licet ſit arg. contra. l.
c diſtinction. accedens [c]. veruntamen ſolus Princeps reſtituit in in-
tegrum contra ſententiam ſui procuratoris, vel iudicis, quem ip
ſe delegauit, vel contra res bis iudicatas, vel contra ſententiam
ſuam, licet raro, vt hæc leguntur & not. C. eo. tit l. j. C. ſi aduerſus
rem iudicatam, ſi aduerſus. ff. de minoribus, in cauſæ §. fi. & l. præ
fecti. & l. minor. xxv. q. ix. quod quis. & xxj. diſtinct inferior. ext.
de in integ. reſti. tum ex literis. extra de elect. innotuit. ibi, par in
5 parem. &c ¶† Nec legatus reſtituit cōtra ſententiam delegati, ni
ſi habeat ſpeciale mandatum extra de offic. deleg ſtuduiſti. ¶ Itē
qi tulit ſententiā, poteſt de in integrū reſtitutione ꝯ ſuam ſnīam
cognoſcere, vt ff. de min in cauſæ §. fi. & l. præfecti. Secus in eo, à
cuius ſententia appellatur, qui non poteſt de ei[illegible] atione
cognoſcere, ut C. de appellation. cos. prope [illegible]tra, de
appellat. vt debitus. & de mat. contra interdic[illegible] ſiæ con
6 tracto. capitul. 1. ¶† Sed qua[illegible] reſpon. [illegible] reſpon.
[illegible] teſtes pro m[illegible]
[illegible] m hæc materi[illegible]

qui appellat, dicit iudicem inique pronunciaſſe: ideoque iu-
dex propter verecundiam non de facili ſuam ſententiam re-
uocaret, argument. extra de cler. coniuga. diuerſis. extra de
accuſat. qualiter. j. At qui petit reſtitui, non dicit iudicem bene
vel male pronunciaſſe, ſed dicit ſe ſui facilitate, vel aduerſarii cal
liditate deceptum: & ideo ſupplicat iudici, vt ei p reſtitutionem
7 ſubueniat. ¶† Itē iudex eccleſiaſticus reſtituit aliquem ad famam,
vt videtur arg. extra de ſimo. c. ex diligēti. xvj. q. 6. auctoritate. &
extra de re iud. cum te. ſecundum Ioan. & Vin. Tu dic, ꝙ in præ-
dec. non reſtituit, ſed dicit ibi, illum ipſo iure nō teneri, cum nul
la, vel modica fuerit iniuria, ut & ibi no. in gl. qa non, & c ſed Papa
hoc poteſt, vt s̃. de ſent. § vt autem. ver. itē not. & vide s̃. de lega
to, §. poſtremò. ver. hoc etiam not. Vtrum Papa, vel princeps, vel
ſenatus, vel epiſcopus, vel collegiū Cardinalium, vel Reges poſ
ſint reſtituere in integrum ad famam & ad honores, & ad quos,
& quando, not in præ. c. cum te & s̃. de legato, §. ſunt quoque. §.
fi. Vtrum autem Poteſtas, vel prælatus dabunt reſtitutionem cō
tra ciuitatem, vel eccleſiam, vt dixi s̃ § j. verſ ſed nūquid ꝓlatus.

ADDITIONES.

a Adminiſtrationem. ¶ Cui iuriſdictio adhæreat, vt dicit l. j. alleg.
b Senſu. ¶ Et ſcripſi eo. tit. §. j. in prin.
c Accedens. ¶ Solue, ut no. xxiii. q. 2. latiorem. in vlt. gl.

*SVMMARIVM.*

1 *Res, ſuper qua poſtulatur, alienari non debet: nec aliquid in præiudicium poſtulantis fieri, donec reſtitutio fuerit expenſa.*
2 *Reſtitutio in integrum, an per litis conteſtationem perpetuetur.*
3 *Teſtibus per minores, vel eccleſiam in eorum cauſam inductis, nil pro eis dicentibus, uel cauſam dicti ſui requiſitis non reddentibus, quid ſit agendū.*
4 *Læſio, à qua petitur reſtitutio, qualiter ſit probanda.*
5 *Minor, vel quaſi minor, ex lubrico ætatis, vel dolo aduerſarij deceptus, qualiter ſit reſtituendus.*
6 *Minor fundum paternum vendens, & ſuper hoc fideiuſſores [illegible]ans, an ſi conueniatur, debeat reſtitui.*
7 *Duobus minoribus cum aliquo contrahentibus, ſi ambo lædantur, vnus autem tantum petit reſtitui, an proſit alteri.*
8 *Priuilegia ſingulorum communem legem non faciunt.*

¶ Effectus reſtitutionis in integrum quis ſit.

6. §. Vltimo Vidēdum reſtat de effectu reſtitutionis in
integrum. Et quidem is eſt, vt ea poſtulata
& obtenta, omnia ſint in eo ſtatu, in quo erant prius quam poſtu
1 laretur, ſeu cum poſtulari cœpit. ¶† Nec enim res, ſuper qua po
ſtulatur, alienari debet, nec ſententia executioni mandari, nec ali
quid fiei in præiudicium poſtulantis, donec reſtitutio fuerit ex-
pedita, C. in integ. reſti. poſtu. ne quid noui fiat, l. j. Sed videtur, ꝙ
ea pendente fiat executio ſententiæ, vt extra eo. ca. ſuſcitata. Dic,
quod ibi non pendebat: imo etiam data erat: ſed quia ibi contra
petentem eam valde præſumīt: idcirco ſententia executioni mā-
datur præſtita cautione, vt ibi dicitur. Vel dic, quod illud fuit ꝓ
a uiſio Papç: vel dic, vt ibi [a]. Reſtitutione autem cōceſſa contra ſen
tentiam, vel cauſæ proceſſum, auditur reſtitutus ex integro, ſicut
ante ſententiam: vel admittitur ad id, ad quod petit ſe reſtitui, ex
tra. eo. auditis. & c. ex literis. Si vero reſtitutio ꝯceſſa eſt ſuper ali-
quo contractu, vnuſquiſq; recepit, quod dedit: & quod ſuū eſt,
vel ex ſuo peruenit, vt C. de reputationib. l. vnica, ff de mino mi-
nor. §. reſtitutio. ext. eo. c. 1 quoniam nemo debet cum aliena ia-
ctura locupletari, vt ff. de tranſact. cum hi. §. ſane. ff de cond. ind.
nam hoc natura. extra, de pœnis, ſuam liiii diſtin. generalis. in fi.
2 ¶† Sed nunquid in integrum reſtitutio perpetuatur per litis con
teſtationem? Dic quod non: imo quadriennio clauditur ff. de mi
nor. Papinianus. in fin. & s̃. §. j. forte cum mouetur in conſiſtorio
principis, ſecundum do. meum. vel ſi nō perpetuatur, ſaltem in-
terrumpitur, extr. eod. tum ex literis. & c. ſuſcitata. Non enim de-
bet iure proprio ſine ſui culpa priuari pars, per quā non ſtat, ſed
forte per iudicem, vel aduerſarium, quo minus cā fuerit expedi-
ta, lvj diſt ſatis peruerſum. ext de conſti. cognoſcētes. de hoc ex-
tra de off. iud. c. 2. Quod de reſciſſoria dicunt quidam, nō perpe-
tuari per litis conteſtationem: ſed Io. contra, cum nulla lege ſit ꝓ
b hibitum, & de hac [b] uide j. in tractatu libellor. eod. tit. ¶† Quid ſi

ADDITIONES.

a Ibi. ¶ In gl. pen. & quod ſuper ea dixi.
b Hac. ¶ No. quia dicit De hac, non dicit de hoc. ego autem de hoc ibi dicam ſuper rubrica.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 in cauſa minoris,vel eccleſiæ, teſtes per eos inducti nihil pro eis dicunt,vel cauſam dicti ſui requiſiti non reddūt? Reſp.tunc petant ſe reſtitui in integrū ad inducēdos nouos teſtes,ff.de minor. ait prætor.§.nō ſolum.& l.minor.Sed dicet pars aduerſa:Non debes reſtitui,niſi prius probes læſionem,& perſonam,& locum aptum ad hoc,ff.eo.verum.§.item no.& ff.de iureiu.nam & poſtea.

a §.ſi minor.ff.de in integr.reſt.minor [a].omnis.¶†Quomodo autē

4 probabitur læſio? Et quidem videtur neceſſarium,quod hoc modo,ſ. vt iſti teſtes noui producantur,& dicant in dicto ſuo,quod ſi ante aperturam teſtium ꝓducti fuiſſent,hoc idem dixiſſent: & tunc iudex auditis eorum dictis cognoſcet, an fuerit expediens minori,vel eccleſiæ eos ꝓduxiſſe:& tunc ſi viderit faciendum,reſtituet ad producendum eos. Sed dices: Nonne ſemel teſtificati ſunt in hac cauſa? quomodo ergo amplius in ea teſtificabuntur contra illud 4.q.3 §.item in criminali.in prin.& ff.de teſti.produci. Reſp.teſtificati ſunt in cauſa reſtitutionis,ſiue incidenti quæſtione:nunc teſtificabuntur in principali. Sed dicet pars altera,ꝙ eadem videtur quęſtio, vt ff.de procur.qui proprio. Præterea ſi nunc dicant aliud, & aliter,quam primo dixerint, ſequit̄ magnū inconueniēs:& ideo dixit Vbert.de Bo.quod detur electio parti, contra quam producuntur, vel quod approbet dicta iſtorū, vel quod iterum iuret,C.de teſti.l.fi.& extr.eo.tit.præſentata.vel, vt vitentur prædictæ oppoſitiones,dici poteſt,quod eo ipſo,quod producunt nouas perſonas,quas ab initio non induxerunt, ſatis vidētur læſi:& ſic recipientur ſine alia probatione,vel productione,vt ff.de minor.l.& ſi ſine.§.item.& s §.j.verſic.illud quoque. Sed nō uidetur hæc reſtitutio danda minori, vel eccleſiæ,cum iā didicerint teſtificata priorum. Vnde etiā per reſcriptum Principis nō poſſunt amplius teſtes producere: ergo multo minus per edictum,in auth.de teſti § quoniam. Sed reſpon.per inſtantiam:

b quæ reſponſio in cauſa debet admitti [b], ut ff de acq.poſ.l.i.§.ſi

c filius [c].nam minor,vel eccleſia uenit per edictum cōtra contractū,contra ſententiam,contra venditionē, contra tranſactione, & ſimilia, vt C.ſi aduerſus tranſact.& ſi aduerſus venditio. & ſimilib.& tamen per reſcriptum Principis non poteſt venire contra,C.de preci.Imper.offer.quoties C de tranſa l.cauſas C.ſent. reſcin.non poſſe.l.fi.Sed dicet is,contra quem producuntur,hęc inſtantia nō eſt vera:quia & per reſcriptum venit quis cōtra prædicta,vt no.in præ l.quoties.& C.de reſcin.ven.ratas. Ad qđ reſpondeat volens producere:Bene fateor,quod venit contra præmiſſa per reſcriptū Principis, ſi dicatur in eo, non obſtante tali lege,ff.ne quid in loco pu.fiat,l.ii.§.ſi quis à principe ff.de leg 3. ſi quis in principio in auth.de teſta.imperfect.& extrà de offi.de

d leg.ex parte.& no.s.de inſtrumen.edi.§.nunc autē.ver.& ſcias [d]. Et concedo,quod ſi dominus Imperator dicit,non obſtante conſtitutione, de teſtibus.producat teſtes is,qui didicit teſtificata,valebit reſcriptum, vt in prædict.l.& ff.de conſti.prin.l.i.¶ Item adhuc inſtabit aduerſarius:Non debes reſtitui ad producendos te-

5 ſtes.† minor enim, vel quaſi minor, debet reſtitui, ſi ex lubrico ętatis,vel dolo aduerſarii ſit deceptus,vt C de minor.l.4.& C. & ff.de dolo,per totum. At dolo meo factum non fuit,quo minus produceres,nec etiam lubrico ætatis:quia pro parte tua præmiſſa fuit dilegens inquiſitio pro quærendis omnibus,teſtibus,quos erat veriſimile veritatem ſcire. Si igitur factum fuit, quod a diligentiſſimo patrefamilias factum fuiſſet, licet nunc aliqui dicant ſe ſcire veritatem, non ideo debes reſtitui ad producendum eos quia non fuiſti læſus in eis,C.de in integrum reſtitutione minor. l.fi.ff. de mino. verum.§ item ſi locupleti.Sit igitur iudex cautus & iuſtus,nec nimis in dando promptus,nec in negando durus iuxta illud Catonis:

*Conſtans & lenis,cùm res expoſtulat,eſto:*

xlv.diſtinctio vera.& c.omnis.& c.diſciplina. extra de pur. can. inter ſolicitudines.ver.attendentes. nam & ſi uix uideatur danda reſtitutio,tamen datur,ff.eodem,intra vtile.§. vno. Sed ſi litigator non ſit minor,vel quaſi minor,nec probat per teſtes, tūc aduocatus miſer à limine iudiciorum excludetur, & condemnabitur in expenſis,extra de raptor.c.fina.de pœnis,c.calumniam.de

e elec.c ſtatuimus. §. adiiciamus.& de excep.pia. §. ſi quis [e]. C. de

6 iud.l.properandum. ¶†Hoc quoque ſciendum eſt, ꝙ ſi minor, qui fundum paternum vendidit, & ſuper hoc fideiuſſores dedit, cōueniatur,poteſt reſtitui ad rem, vel etiam contra emptorem, ſi conueniatur de dupla, adeo vt poſtea ad eum periculum euictionis non ſpectet:veruntamen hoc fideiuſſoribus nō prodeſt, ut ff.de fideiuſſorib..l.i.Sed contra:nam per reſtitutionem tollitur principalis obligatio:ergo & fideiuſſoria per conſequens, ff. de regul.iur.l.cum principalis.ext.de cenſi.cap.grauis.Reſpond. dico, quod ciuilis tantum per reſtitutionem elidetur, ſicut per rem iudicatam, vt ff.de condit.indebit. Iulianus. & l. creditores.ergo naturalis remanet, cui poteſt accedere fideiuſſor, vt ff. re fideiuſ. fideiuſſor. ¶†Quid ſi duo minores contrahunt cum aliquo,& ambo læſi ſunt,vnus vero tantum petit reſtitui in integrum,nunquid proderit alteri? Videtur quod ſic,ſicut in appellatione,vt 2.q.6 §.ſunt etiam,quorum.ver.quādoq; vnam,& no. ext.de ap.c.penul. quia id facit reſtitutio minorib. quod appellatio maioribus,ff de minor.præſes.ſecundum.Alb.Pap.Ar.tamen contra,ff.e.ti.l.3.§ ſed & utrum.ibi, non fuit propoſitum prætoris denegare reſtitutionem minori,ſed maiori. Item quia hoc beneficium eſt perſonale,& ſingulare,ext.de priuil.ſanè.& de inſti.

8 cum ueniſſent. †priuilegia enim ſingulorum communem legem non faciunt,xxvi.q.2 c. non exemplo. Item in contrarium eſt illud generale,res inter alios acta,&c.ext.de præben. dilecto. in fi. & ea quæ ibi no.expreſsè C. ſi in com.eademq́ue cauſa in integ.

f reſtit.poſtul.l.unica,in fi. [f]

ADDITIONES.

a Minor. ¶ An autem tunc aduerſarius teſtes producere poſſit, vide ſupra de dilat. §. videndum.ver.in ſumma.& ibi vide hoc ommiſſum, quomodo reſtituto minore,vel eccleſia, aduerſarius etiam maior intelligitur reſtitutus.

b Admitti. ¶ j.q.j.ſicut vrgeri.vbi de hoc.

c Filius. ¶ Non eſt ibi iſte §.bene eſt Ofidius.qui non facit, nec eſt. probatur tamen ibi per eum,& §.per procuratorem.ver.alioquin.

d Scias. ¶ Circa quod vide plenam remiſsionem,quam ibi dedi.

e Quis. ¶ Lib 6.

f In fi. ¶ Gl.ibi tenet hoc ſecundum in indiuiduo: primam partem in diuiduo.ſed Cy.poſt Pe.ibi contra, quod etiam in indiuiduo non proſit fratri: loquitur tamen in maiore.ibi vide.

¶ Baldus de Reſtitutione in integrum.

VBI reſtitutio datur ad appellandum,non caſſantur acta prius habita:ſecus,ſi detur contra ſentētiam. Secundū Vin.loquitur in reſtitutione petita & obtenta:& primo caſu reſtitutionis ꝯceſſio hēt vim interlocutoriæ,ſcđo diffinitiuæ. Bal.§.j.ver.item ſup.& ſeq.G. ¶ Ex noua cauſa reſtitutio denegata iterum impetratur. Et quæ dicatur noua cauſa. verſi.ſed quā vocas.G. ¶ Nec eccleſia,nec minor,reſtituitur ad opponenda crimina,vel defectus, ver.ſed pone,eccleſia. G. ¶ Per inſtrumentum matrimonij probatur ætas prolis:ſed non per inſtrumentum dotis,ſi dos eſt ꝓmiſſa, pro matrimonio ꝯcto. Si autem pro ꝯhēdo,probatur ætas præſumptiuè,ver.ſed cuiuſmodi. G.Sed vnde ſumitur iſta ꝑſumptio? Reſpon.per locū à cōmuniter accidentibus,vt no.in ſimili C.de prob.l.neq;.quod eſt notabile. Sic & ꝑ inſtrumētū dotis ꝓbatur matrimoniū.in auth.vt fratrū filii,in prin.ſ.per locū à communiter accidentibus: quia non cōſueuit fieri inſtrumētū dotis, niſi inter veros,& nō ſimulatos cōiuges. Bal. ¶ Qui iurauit ſe maiorem in cōtractu, reputatur maior etiam in iudicio,quod inde ſequitur. vnde debet ꝑ ſe,tanquā maior,litigare,nō cū curatore:qđ ē notabile. Gul. ¶ Caſtrū & villa habēt priuilegia ciuitatū,vt no. Azo in ſumma de magiſt.munic.non tñ habet locum in caſtris,l.vlt.C.de ſacroſan.eccl ſed bene habet locū in eis beneficium reſtitutionis,& facit ff.de via publ.l ædiles.non tñ poterit hoc petere coram ſuo Poteſtate:quia Poteſtas in hoc reputatur pars eſſe,non iudex competens,ver.idem quoque.& ver.ſed nunquid. Guil. ¶ Legitimi & publici adminiſtratores poſſunt petere reſtitutionem in integrū ſine ſpeciali mandato: ſecus in procuratore,niſi incidenter emergat, ver.prælatus aūt. & ſeq.Gul. ¶ Quę præſcriptiones currant minori & eccleſiæ,& quæ non currant, ver.hoc autem no.& uerſi.ſequenti. G. ¶ Præſcriptio ſtatuaria currit cuilibet minori,extr.eodem,conſtitutus.quia ſtatutū & cōſuetudo ligat minores. ¶ Item generalis conſuetudo facit etiam eccleſijs præiudicium ipſo iure,ibidem,& ver.vt autem.G. ¶ Papa Clemens ꝓnunciauit pro mercatoribus contra Treuerēſem,ꝙ poſt biennium non poſſet eis opponi exceptio non numeratæ pecuniæ:ſecus in minore,ver.hoc autem.G.C.de curato.furio.l.ii.in gl.& ſic eccleſia non gaudet iure minoris, per l.final.C.in quib.cauſ.in integr.reſtitu.non eſt nec. Et eſt ratio,quia eccleſia ſemper eſt eccleſia: ſed minor non ſemper erit minor: ſic ff. de tutor. & ratio. diſtrahen.l.niſi.§.final.Bald. nunquid abſens occaſione Poteſtariæ, quam acceptauit,dicatur ex publica cauſa abeſſe? verſicul. quid ſi is, qui. Gul. ¶ Reſtitutio alia nititur iuſtitiæ, & eſt neceſſariæ iuriſdictionis: alia miſericordiæ, vt reſtitutio famæ, ff. de poſtu.l.j.§.de qua. uerſicul.in ſumma not. B. & infra. §. uidendum.ante fin. Guliel. Si petitur reſtitutio ad obtinendam dilationem, uel tempus ad probandum, uel excipiendum,læſio probatur ex ſolo lapſu temporis, ſi exceptio, uel poſitio, quæ probari intenditur, ſit iuſta,uerſi.illud quoque. Si aūt poſt didicita teſtificata petitur reſtitutio ad teſtes producendos,ſummatim debet probare pro habenda reſtitutione de læſione, & de intereſſe petentis reſtitui,infra.§.ultimò.verſicul. quid ſi in cauſa contra ſententiam,uel contra contractum petatur reſtitutio,plenè probanda eſt læſio: ibidem quæ uerba not. G. ¶ Quid ſi minor poſt ſententiam petit reſtitutionem ad opponendum peremptoriam exceptionem? dico, quod non impedit executionem ſententiæ, quia non petitur contra ſententiam: nam ſententia ualet, & meretur executionem, licet exceptio ſperetur opponi, ut C. de iur.& fact. ignor.l. prima & ideo [illegible] ſtitutio deſiderat altiorem indaginem, non impedit executionem, & declin[illegible]rand.l.nam & poſtea. in princip. & ita loquitur capitu. ſcuſcitat[illegible] Sed ubi petitur reſtitutio contra ſententiam,puta quia lata fuit [illegible], tunc ceſſat interim executio, ff. de iudi.l. ſi prætor. §. Marcell[illegible] ceſſat in aliis: [illegible] poſt[illegible]l.j. C.de tranſa.l.ſi cauſa. ff. de inoffi. teſt.l. Pa[illegible] T. ¶ Vbi s. ver[illegible] B[illegible] ec.tut.l.diximus.niſi petatur per malitiam:

litia:ſed hoc arbitrio iudicis relinquitur.C.de ordi.cognit.l.fi.facit ad prædicta C.de fal.l.ſatis apertè.C.ſi ex fal.inſtr.l.fi.& vide ibi per Bar. & vide j.§.finali,in prin.G. ¶ Eccleſia non reſtituitur contra confeſsionem, niſi probato errore:tunc reſtituitur etiam poſt ſententiam, ver.ſed nunquid eccleſia.G.Imò idem,ſi ex certa ſcientia.ff.de minorib.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum Sufficit ergo probare rem aliter ſe habere.ff.de interrog.act.l.de ætate.§.fi.& ita intelligitur l.ſi filius.eo.tit ¶ Item no.ꝙ error negantis probatur ſola confeſsione, in d.§.nunc videndum.Sed error confitentis non probatur ſola negatione,ſed probatione contrarii.C.de iur.& fac.ign.l.niſi poſt diui.B. ¶ In cauſa reſtitutionis in integrum proceditur lite non conteſtata, ſi reus abeſt,vel præſens non vult litem cõteſtari.C.de temp.ap.l.fi.§.illud. quia aliter poteſt conſuli petitori: cum reſtitutio in integrum non perpetuetur,niſi per ſententiam diffinitiuam. ¶ Item concedere reſtitutionem, eſt potius decretum,quã ſententia.ergo,&c.de bo.poſ.l.3.§.pen.ver.quid ergo,ſi is.& ar.ff.de mino.præſes.no.G. ¶ Petitio reſtitutionis debet ꝑtinere qualitatẽ & cauſam læſionis:ſecus in appellatione.j. in § qualiter.ver.1.& ſeq. G.Hoc tenet gl.ff.de min.l.verum.§.ſciendum.& probatur e.ti.l.minor aũt magiſtratus.Bal. ¶ Minor & eccleſia poſſunt renunciare beneficio reſtitutionis obtento.ff.de minor.l.ſi iudex.nõ obtinendo.ff.noua.l.doli mali.in §.qualiter.ver.ſed nunquid.G.ff.de ver.obl.l.ſciendum.in gl.ord. ¶ Eccleſia cenſetur iure minoris quo ad acquirendum beneficium reſtitutionis, non quo ad reſtituendum,ne quadriennium currat:ſed ſtatim cum natum eſt,currit eccleſiæ,vel maiori.in §.in qđ.G. ¶ Imputet ſibi,qui ſe arctat ad vnum diem, in quo probare non poteſt.ver.ſi G.C.de temp.ap.l.3.& l.fi.§.1.Bal. ¶ Singulare ius reſtitutionis nõ porrigitur ad ſocium eiuſdem litis.C.ſi vnus ex plu.per l.fi.in §.ſi ver.fi.G. ¶ Item ſingulare ius reſtitutionis non porrigitur ad acceſſoria ſpecificè cauſa non deducta.ff.de cond.indeb.l.fi.§.fi.in gl.ord. Non obſtat §.item ſciendum.quia extenſio non habet locum in iudicio reſt. in integrum, qđ valde ſtricti iuris eſt.Bal. ¶ Mater ratione minoris ætatis excuſatur,ſi filio tutorem non petiit.Et ſufficit fuiſſe minorem à principio, quo indiguit minor filius tutore.in §.1.ver.ſed quid ipſa.G.Nam principiũ temporis ſpectamus.ff.de infa.l. quid ergo. & de excuſ.tut.l.2.§.ætas. & ita no.C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.l.1.in gl.ord.nam iſta immunitas perpetua eſſe debet.Sed cõtra.ff.de leg.2.l.Titia.§ vſuras.nam vbi ætas eſt immediata cauſa beneficii,ceſſante ætate ceſſat beneficium. Sed illud loquitur in beneficio ſucceſsiuo hic in inſtante liberatione.Item illud non eſt priuilegium,quia eſt ſecundum ius naturale,ꝙ eſt ius commune:innititur enim ætatis imbecillati.C. de leg.tut l.fi. Bal. ¶ Reſtitutio in integrum põt implorari incidenter ſuper emergenti,vel incidenti,non ſuper principali,ſ. ad fundandam originem petitionis.Nam præpoſterum eſſet prius agere reſciſſoria,quam officio iudicis.ff.de excep.l.exceptiones quę perſonæ.§.fi.ſed ad fundandam exceptionem,vel replicationẽ poteſt incidenter peti reſtitutio.Tamen ordo verborũ eſt vt primo petatur reſtitutio,& exinde excipiatur,vel replicetur.l.nam & poſtea.§ ſi minor.ff.de iurei.& Inſt. de act.§.rurſus.per Dy. ¶ Minor,qui commiſit dolum inficiando verum, reſtituitur.ff. de minor.l.ſi ex cauſa.§.2.Quomodo eſt hoc?Reſp.mendacium eſt delictum verbi:ſecus in delicto facti.Item mendacium negantis põt purgari per confeſsionem,vt no. Inſt.de actio.§.item miſta eſt actio de eo. ideo ſpeciale eſt. ¶ Aetas probatur teſtibus,ſcripturis,& picturis.ff. de excu.tut.l.2 §.ætas. C.ſi minor ſe maio dix.l.ſi alterius.C.de his,qui ven.ętat.imp.l.omnes.ff.de prob.l.cum de ætate.Et eſt ſpeciale in ætate probanda,ꝙ iudex põt imponere probationẽ,cui vult,ſ.ex aſpectu,vt no.ff.de minor.l.de ętate.Eſt & aliud ſpeciale:quia ſententia lata ſuper ætate ex aſpectu, nunquam tranſit in rem iudicatam:quia oculus officialiũ ſæpe fallitur:& quia eſt interlocutoria lata ex præſumptione iudicis tantum:ſed transfert onus probandi.ff.de minor. l.minor 25.annis,ex aſpectu.Quod intelligo ſi ſit lata citata parte:alias non transfert onus probandi arg. notatorum C.quo.bon.l.1.ff. de bo.poſ.l.3.§. pen.& facit,quod no.ff.de interrog.act.l.de ętate.in prin.& C.de iur.calum. l.2.§.quod obſeruari.& ff.de mino.l.etiam.§.fi.Bal.

## ADDITIONES NOVAE.

✱ Nota ꝙ reſtitutio eſt reſtringenda, quia eſt iuri communi contraria.not.in l.fi.ff.de condict.indeb.Inn.in c.ex tranſmiſſa, de præſc.

Ciuitas non reſtituitur in integrum.Inno.in c.cum veniſſent.de in integ. reſtitutio.

Nota ꝙ reſtituitur minor ſi potuit cum aduerſario tranſigere & non tranſegit:reſtituitur enim ad ipſam tranſactionem faciendam.notat glo.in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ff.de minor.

Nota ꝙ beneficium reſtitutionis poteſt cedi per minorem. not.in l. qđ ſi minor.in prin.de minor.& l ſi ex pluribus.de admi.tut.

Nota ꝙ in cauſa quæ reiteratur remedio reſtitutionis in integrum non productum in prima cauſa producere poſſum, & non probatum probare. ad hoc allegatur l.in fraudem.§.neque inſtrumenta. de iure fiſci.

✱ An beneficium reſtitutionis poſsit opponi per viam exceptionis. Glo. in l. nam & poſtea §.ſi minor.de iurei.dicit ꝙ non.idem no.in l. necnon §.exemplo.ff.ex qui.cau.matri.& in l.pen.ff.de auct.tut.

An minor poſsit petere reſtitutionem in integrum de contractibus celebratis in tempore quadriennii ꝙ datur ad petendum reſtitutionem in integrum.caſus ꝙ ſic,alias non.in l.fi.§.ſin autem.C.de repu.hær.

An res minoris obligentur in caſibus,in quibus inducitur tacita hypotheca.Bal in l.conditionibus.de condi.& dem.& l.ſi conſtante.in prin.ſol.mat. & l.item quia.de pact.gl.in l.fi.C. de leg.tu.& l.certi C.loca.per Cy.

Statuto cauetur ꝙ pro datiis & gabellis ſint bona cuiuſlibet obligata:an bona minoris erunt obligata.Bal.vbi ſ.& Bar.in d.l.conditionibus.

Si adultus fecit teſtm̃,an poſſit petere beneficiũ reſtitutionis in integrũ, ſi dicatur ipſum inconſultè teſtatum.Bar.in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.

Nota quod iſta impediunt reſtitutionem,renunciatio,extra.de reſt.ſpo. accepta.res iudicata,eodem titu.cap.audita.2.q.7.§. diffinitiua.alias 3.q.1. dilapidatio.3.quæſtio.3.quia contuma[illegible]ſtio.9. decernimus, vitatio ſcandali, 3.qu.6.hæc quæ.Criminis enormitas,2.qu.5.ſicut excommunicato.2.q.3.placuit,Præcedens compoſitio,ff.ſi quis cauſ.l.2.§.j.& c.audita. de reſti.ſpol.& alia ratio per Bal.in c.i.ext.de in integ.reſt.

Nota ꝙ iudicium reſtitutionis in integrum reſtringitur ad petita: vnde ext.petita etiam acceſſoria non veniunt.Item ꝙ exceptio compenſationis non poteſt opponi in integrum poſtulanda.Bal.ad hoc allegat l.Stichus.§. fi.de cond.indeb.

An iudex qui cognoſcit de reſtitutione,ſi videat ſententiam non ualere, poſſit pronunciare ipſam non valere,ſicut iudex appellationis, not.in c.cũ R.& c.cum contingat.& c.coram.de of.del.

An reſtitutio in integrum & nullitas poſſunt eodem libello intentari conditionaliter.Inn.in c.conſtitutus.de in inte.reſti.

Quid differunt reſtitui contra ſententiam & reſtitui ad appellandum, Inn.in c.fi.de in integ.reſt.

In l.i.C.de repu.quæ fiunt in iud.Bald.quærit,quid ſi minor allegat dolũ in venditione.& dum petit reſtitutionem ad rem, dicit aduerſarius, redde mihi præcium dicit minor,nolo ratione doli tui,quia non teneor,an poſſit allegari hoc,Bal.ibi non decidit,ſed dicit,cogita.

In l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.de iureiu.& l.ſciendum.de ver.obli. Bal.tenet contra Dyn.in q. de minore,qui iurauit ſe non venturum contra contractum.nam dicit Dy. ꝙ poteſt petere reſtitutionem in integrum, niſi de cauſa fuerit certioratus.Bar.ꝙ ſufficit minorem certioratum ſuper facto uel ſuper contractu.tunc enim tollitur omne ius quod poſſet ſibi competere ad veniendum contra factum ipſum.fa.aut.ſacramenta.C.ſi aduer.vẽ. quæ dicit ſuper contractibus rerum ſuarum non renunciandis &c,non autem ſuper reſtitutione non petenda.ſufficit ergo ꝙ iuret non venire contra & ſic ſuper facto.

An reſtitutio in integrum poſsit peti coram arbitro.not.in l.fi. C.vbi & apud quem.Item an coram arbitratore,& Bar.ibid.quod ſic.

In l.verum.§.ſciendum.de min.gl.quæ incipit oportet, nota iſtam gloſſ. quia aduocati debent eam ſcire,vt ſciant capitulare,quia cum de ipſis non inueniretur copulatiuè probatum,obtinuit in ea.Bal.vbi ſ.

An reſtitutio in integrum peti poſsit pendente appellatione,Bal.in l.ab eo.C.quomo & quan.in gl.in l.in rem C.ſi aduer.rem iudi.fac. l.ſi minoris, de admi.tut.Bal.in l.ſi prę́ſes.de ap.& in l.ſi cauſa cogni.de tranſac.& in l.i, C.in inte.reſt.poſt.Barto.in l.defen.de aucto. tutor.l.eos. C. de except.rei iud.& authen.qua ſuplicatio.de pre.imp.of.& l.i.ne lice. in vna cau.tertio prouoc.

In l.nam & poſtea.§.ſi minor.de iureiu.ex hoc tex.dicit Bar. ꝙ minor q nõ appellauit nõ dicit læſus eo ipſo ꝙ nõ appellauit, niſi doceat ſe aliquid habere ꝑꝑ quod in cauſa appellationis debeat vincere.nec obſt.l. ſi minor §.i.de mi.q̃a ibi ante ſententiã latam minor renunciauit appellationi.vnde eo ipſo ꝙ renũciat,decipit,quia poſſibile eſt ſñiam iniuſtam ſequi. & ſic cõſtat ipſum ſtatim decipi,niſi appareat ipſum fouere iniuſtam cãm, vt hic. Item per hoc habes ꝙ ſi minor nõ probauit j.terminũ,nõ ſtatim tanquam lęſus dẽt reſtitui ad terminũ niſi oſtendat ſe habere probationes vt hic. & eodem modo ſi petat ſe reſtitui ad allegationẽ omiſſam,non reſtituitur,niſi doceat illam allegationẽ habere.ita intelligitur l.minor 20.annis omiſſam. de mino.ita intelligitur Inno.in cap.auditis.& c. felicis.de in integ.reſtitu. fiet tamen in hoc iudicio quo quæritur an minor ſit læſus facilior probatio, an haberet vel non:ſufficit enim quod oſtendatur iudici præſumptiuè, qđ minor potuiſſet probare,argumen.l.in l Aquil.ſi deletum.ad l. Aquil.& iſtæ probationes quæ fiunt hic, non fecerent plenam fidem in cauſa principali, vt c.veniens ext.de reſt.Bar.

In aut.ſi captiui.de epiſc & cleri.Iacob.de Bel.quærit,pone, ꝙ tempore quo carceratus fuit pater alicuius,filius erat minor 18 annis: tamen pater diu ſtetit in carcere,ita quod filius eſt effectus maior.& pater in carcere deceſſit:quæritur quid iuris,an inſpicitur initium,an proceſſus ipſius temporis,an finis totius temporis.Bal ibi hoc examinat,& l.i.C.in quib.ca.in integ.reſti.non eſt nec.& l.1.C.ſi aduer.delic.

An minor qui reſtituitur ad legata repudiata dicatur etiam reſtitui ad ius accreſcendi.Bal.in l.mulieri.ff.de cond.& dem.

An minor poſſit reſtitui contra ſententiam interlocutoriam, Inn.in c coram felicis.de reſt.in integ.Bar.in l.ſi finita.§.ſi forte.de dam.infec.Bal.in l. fi.de reſt.in integ.

Nota ꝙ legis doctor non poteſt prætendere errorem iuris,no.in l.j.per Cy. qui & a quibus.

Quid ſi ſtatutum dicat ꝙ contra inſtrumentũ non poſsit opponi aliqua exceptio,an poterit opponi reſtitutionis auxilium?& dicitur ꝙ non.ad hoc allegatur quędã gl.in l.in cauſę.§.i.in prin.de min.quæ gl dicit ꝙ ꝑ reſtitutionem paratur exceptio,non obligationis extinctio:& ſic cum per reſtitutionem ueniatur ad exceptionem,obſtabit ſtatutũ:& ſic dicit ibi Bal.ꝙ no. fa.ad ſtatutũ Mediolani,qđ vult ꝙ a ſententia interlocutoria non poſsit appellari,nec quærelari,nec ſupplicari,nec de aliquo grauamine agi,nec excipi,nec conqueri,ut nec poſsit,in integrum reſtitutio peti.& ita determinatum fuit per do.Macharium de Bernadigio anno M.cccxxviij.menſe octo. in quæſtione hoſpitalium ſancti Petri.extra portam Romanam, & Iacobi in porta Vercęliana,ex vna parte,& Dionifium de Binuo ex altera.

Nota ꝙ dolus aduocati probatus,eſt ſufficiens cauſa ad faciendum concedi reſtitutionem,abſque eo quod dolus aduerſarii allegetur not.in l. minor.§.de min.ibi,vel adiu.

In l.quamuis de iuris & fa.ign.obreptio ſolius libelli vel petitionis non inducit reſtitutionem,l.cum putarem.famil.erciſc.niſi forſan in criminali per l.ſi quis obrepſit.de fal.tamen glo.intelligit illud in obreptione probationis, quo caſu conceditur reſtitutio miniſterio iudicis, l.ſeruo inuito.§. cum prætor.de mino.

Quid de anno qui datur cenſitorib. ad conquerendum de æſtimo malè facto per æſtimatores, an currat minori, vel abſenti cauſa reipub. dic quod ipſo iure non currit,l.qui grauatos.de cenſito.libr.x. Idem dicitur in tempore dato ad ſoluendum canonem fiſco pro fundo patrimoniali.l.2. de fund. patri. libr. xi. licet ſit ſecus in vectigali præſtando, l.imperatores. de publica.

Quid

Quid de pſcriptione inducta à ſtatuto, an currat minori: dic qđ ſic, vt c. conſtitutus de reſtit.in integr. Bartol. de hoc in l.etiam. de minor. & dicit ibi per ipſum ꝙ quæſtio ſtat in hoc, vtrū ſtatuta quæ dicūt præſcriptionem currere, ſimpliciter reſtringantur niſi cōtra minores, & recipiant interprætationem reſtrictiuam, vt aliquis non lucretur: ſed ſi minor pateretur damnum tunc ſecus, Bart.& Bald.in l. omnes populi. de iuſti. & iur. An Papa poſsit reſtituere laicum non ſubditum, Innocen.ponit in cap. cum te de re iu dica.

An ſi minor committat contra ſtatutum propter hoc incidat in pęnam, an poterit petere reſtitutionem in integrum.no. in l.ſi ex cauſa.de minor.& Albri.in materia ſtatutorum.in prima.parte q.32.

Quando teſtes ſunt recepti qui recipi non debuerant: datur abſenti reſtitutio.Inn.in c.ex parte ade.de teſti.

In l. cum hi. §. ſi cum lis. fac.ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ minores non poſsint aduerſus ſententiam reſtitui qui aſſumuntur ex forma ſtatuti quod eſt verum, niſi lis fingatur, vt hic ad quod fa.quod not. Innoc.in c.grauis. de depo.Bart.

In l.quamuis.de iur.& fac.igno.vtrum iſta habeant locum in replicatione, videlicet ꝙ miles poſsit replicare poſt ſententiam abſolutoriam aduerſarii, ſicut poteſt poſt ſn̄am condemnatoriam ſui.Glo. dicit ꝙ non, & ideo exponit ageres id eſt defenderes. & in alia gloſſ.ſimiliter dicitur, ꝙ iſte miles erat reus non actor: alij cōtra: vnde ſi miles intētauit congruā actioné, & aduerſarius opponit exceptionem pacti de non petēdo, & eēt abſolutus: & miles de nouo agit, & opponitur ſibi de re iudicata, poterit replicare de alio pacto de petendo vt §. pactus ne peteret. quod verum eſſe credo, quia replicatio habet in ſe naturalem æquitatem, quia eadem eſt ratio quæ in exceptione, ſcilicet naturalis æquitas, & militiæ priuilegium, & error iuris probat.& hoc tenet Barto. Quid ergo ſi miles omiſiſſet opponere ex certa ſcientia iuris vel facti? certe tunc ſibi non ſubueniretur per hanc legem: q͛a ſicut reſtitutio debet fundari rationabili cauſa ita & reſtitutio huius legis. & hoc eſt notabile propter hoc.nam ſi propter militem excipientem vel replicantem probetur ſcientia iuris, vt quia conſuluit peritiores, vel ipſe habebat peritiam iuris, quia ipſe audiuerat iura in ſcholis, tunc non eſſet audiendus fac.quod no.de mune.patr l.profeſſus.lib.x.Bal.

In l.ſi.de in integ.reſt.dicit Bal.aut erat cauſa mota & vtrique imputatꝰ, nec eſt differentia hoc caſu: aut non erat mota, nec moueri ſperabatur, & idem: quia tunc neutri imputatur cur procuratorem non dimiſit: aut ſperabatur moueri de proximo, & loquitur gloſ.l.ſed & ſi per prætorem.ex quib. cau.mai.quia imputatur abſenti ex neceſſaria cauſa, non autem abſenti ex probabili.

An caſtrum & villa reſtituere poſſint, ſicut ciuitas, ipſa gl.in l. reſpub.ex quib.cauſ.maior.tenet ꝙ non. Iaco.de Are. tenet contrarium Bal. in ipſa l. reſpublica.dicit ꝙ eſt opinio communis & eam tenet Dy ſed Frā.Acc.tenet gl.& eam defendit.quia reſtitutio eſt priuilegium contra ius commune, & ſic non debet trahi ad conſequentiam Innnocenc.in capitul.fin. de in integ. reſtitu

An excommunicatus poſſit petere reſtitutionem contra ſententiam à qua non appellauit.Hoſt.& Ioan.And.in nouella.in capitu. ſignificauit.de except. & quid ſi excommunicatus conqueritur de ſententia cenſuræ, ibi per eundem.

In l.ſi minoris.de adm.tuto.iſta l.facit ad quæſtionem de facto pone lata fuit ſententia contra pupillum: tutor appellauit: lite conteſtata ſuper cauſa appellationis, vult petere tutor ex perſona minoris reſtitutionem in integrum: dicens ſibi potius expedire reſtitui quam cauſam appellationis proſequi, vt pote cum plus conſequatur per reſtitutionem in integrum, quā per appellationem. vt l.ſi.de reſt.in inte.hanc quæſtionem ponit Bal.in l.in rem pupil.C.ſi aduer.rem iud.

In l.2.C.ſi aduer.rem iudi.dicit Bal.aut minor petit reſtitui aduerſus factum alienum, vt puta tutoris, curatoris, iudicis, vel alterius, & non eſt neceſſe quod aſſerat de ſui facilitate, vel de dolo aduerſarii: ſed vbi petit aduerſus factum ſuum, tunc bene eſt neceſſe.fac.l.in rem pupilli.eo.tit.ſi aduer ſ.rem iud.Bal.in l.in minoribus.C.de in inte.reſt min.

In l.de ætate. de minor.quidam minor iurauit ſe maiorem ad ſancta dei euangelia: poſtea dum eſſet in aliquo contractu deceptus petebat reſtitutionem in integrum: obijciebatur ſibi quod iurauerat ſe eſſe maiorem, vnde non poterat reſtitui: hic eſt argumen.ꝙ non poſsit, quia in aliis contractibus debet ſibi nocere.argu.contra in l.certum.§.penul.de confeſ. Alberic.Pap.

Quando ex contumacia partis poſt litem conteſtatam poſsint recipi teſtes in cauſa reſtitutionis in integrum, Innoc.& Hoſt.in c.accedens. vt lite non conteſt.

An reſtitutio in integrum impediat executionem ſententiæ, Bald. in l. eos.C.de execu.rei iud.ꝙ ſic, & not.ſ.de exec.ſen.no.in capi.ſuſcitata.de in integ.reſti.& l.i.C.in integ.reſt.poſtu.Bal.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſac. no.in l.ſi prętor.§.Marcellus.de iud.per Bar.in l. defendente. de auctorita. tutor.

An in iſta reſtitutione procedatur ſummariè, an plenariè, vide c.i. de offi.iud.per do.Io.de Caſti.Bal.in l.præſes.de app.& authen. quæ ſupplicatio.de præ.imp.of.& in l.penul.C.ſi aduer.rem iudica.Ang.in l.iudicati. C. ſi ex fal.inſtr.

An petens reſtitutionem debeat exprimere in libello, an dolo aduerſarij, an ſui facilitate ſit læſus. Bald. in l. minoribus C. de in integr.reſtitu.minor. dicit ꝙ ſi non opponatur, bene procedit libellus.ſed ſi opponatur, non procedit, tanquam minus generalis.allegat ff.eod. l.minor. & in Specul.

Si ſententia feratur contra minorem ſub conditione, à quo tempore incipient currere tempora petendi reſtitutionem, vel à die ſententiæ latæ, vel à die euentus conditionis, vel à tempore celebrati contractus? Barto.in l.i. §.biduum.quan.ap.ſit.

Nota ꝙ vbi agit̄ de reſcindenda venditione, vt quia deceptio facta eſt vltra dimidium iuſti præcij, l.ij.de reſc.ven. vel vbi agitur actione ex contractu, quia deceptus in pręcio, vt l.Iulianus.§.venditor.de actio.emp.ꝙ tunc poteſt agi vſque ad xxx. annos, non autem vſque ad quadrageſimum: tamen ut in alijs reſtitutionibus. ita not. in l. in contractibus.ex qui. cauſ. maior.

In l.cum lege Iul.de arbi.nota ꝙ partes non poſſunt diſpenſare ſuper ætate: ſecus in principe, l.quidam conſulebant.de re iu. Item minor poteſt reſtitui aduerſus acceptationē officij. Itē nota ex hac.l.ꝙ ſi ſtatutū dicit, ꝙ charta à maiori xx. annis facta valeat, & teneat, ſed non facta à minore: modo quæritur an maior xx.ann. & minor xxv. poſſit reſtitui? & videtur ꝙ ſic, arg.iſtius l.tamen contrarium eſt verum, quia licet ſtatutum limitet ætatem, tamen non ſtat in hoc ſolo, imo limitat cauſam & firmat contractū, ergo nō datur reſtitutio: vt in authen.ſi captiui.de epiſc.& cle. & hoc tenet Iac.de Bel.non obſt.l.iſta: quia hæc lex limitat ætatem tamē non ultra procedit confirmando.fac.quod not.l.j.C.de his qui ven.æta.impet.

An per ſtatutum poſsit concedi minoribus adminiſtratio rerum ſuarum Bald.& qđ not.idem in l.j.C ſi de moment.po.fue.ap.& l.2.de eo quod certo loco.Bar.in l.denique.de min.dicit ꝙ non, niſi ſit ciuitas q̄ recognoſcit ſuperiorem. Item dicit ꝙ iudex in defectum tutoris & curatoris poteſt interponere authoritatem in vno actu vel pluribus ſingulariter. vt l.ſi infanti.C. de iur.deli.& l.bonorum. C. qui admi.ad bo.poſ.poſ.

In l.in cauſæ. §. cauſa cognita.de mino. an in cauſa reſtitutionis in integrum poſſit perueniri ad ſententiam lite non conteſtata: dicit ꝙ ſic.ſufficit. enim ꝙ pars ſit contumax.Cy.& Alb.in auth.ſi omnes.C.ſi vt ab hær.ſe abſti.in vltima q.Io. An.in addi.Spec.in ti.de reſti.in integ.

Quod ſi aliquis fuit bannitus per tyrannum, demum per eundem fuit reſtitutus, an ſtabitur ſacramēto de perditione rerum ſuarum, Inno.quod ſic in c.ſuper eo.de his quæ vi me.cau.ſi.

In l.j.§. cæterum. de poſtul. nota ꝙ ad famam ſolus princeps & ſenatus reſtituit.eodem modo Papa & collegium cardinalium in ſpiritualibus. & temporalib.ſeu quo ad ſpiritualia & temporalia in terris eccleſiæ.Inn.in c. cum te.de reſcri.Sed nunquid populus per ſtatutū poſsit reſtituere famā. hic videtur ꝙ non: quod eſt verum in infamia quæ irrogatur ſecūdum ius commune: ſecus ſi irrogaretur per aliquod ſtatutum. nam per aliud ſtatutum poſſet tolli. Idem in aliis regibus & principibus qui recognoſcunt imperatorem in dominum: nam quo ad eos valet reſtitutio famæ Bartol.

Pone habebam litem communem cum aliquo minore. & inuicem cōtra illum litigamus: poſt aperturam teſtium minor iſte petiit beneficium reſtitutionis in integrum ad probandum iterum: quæritur an iſtud beneficium proſit mihi conſorti ſuo in hac lite? & videtur quod non.per l. deniq; §.ſed vtrum.ff.de mino. & l.j. C. ſi in communi eademque cauſa. ſed diſtinguendum, aut negotium erat connexum, & tunc proſit: & ſic intelligitur l.j.de diuer.reſc.& l.j.C.ſi vnus ex pluri.

An in cauſa reſtitutionis in integrum ſit neceſſarius libellus, Albri.in aut. offeratꝰ.de litis conteſt.& in auth. ſi omnes.ſi vt ab hæredi.ſe abſti.Io. An.in Spec.de reſt.in integ §.quis autem.in ſi.

An minor reſtituatur aduerſus naturalem obligationem.Bal.& gl.in l.3. §.pupillus.de neg.geſt.& l.Marcellus.de fideiu.& ibi no.an ex ſola naturali obligatione opponatur compenſatio minori.fac. l.interdum de cōdictio. indebit.

An reſpub.habeat beneficium reſtitutionis in inte.no.in l.j.C.de of.eius qui vicem alter.gerit.

Reſtitutio in integrum an poſsit peti coram arbitro, not.in l.ſi.C.vbi & apud quem.vide ibi Iac.But.Bar.& Bal.

Reſtitutio pendens, operatur quod appellatio pendens. Bal. in l.iudicati.ſi ex fal.inſti.C

An ciuitas, eccleſia, reſpub. caſtrum & uilla habeant beneficium reſtitutionis in integrum.Bal.in l.reſpublica.ex qui.cau.ma. de hoſpitalibus vide Bal.in l.orphanotrophos.de epiſ.& cle.& Bald.in auth.quas actio de ſacr. eccl.& no.ext.de reſti.in inte.lib.6.vide Io.de le.in cle.per literas.de præb. ſecundum Laudum & Paulum.

An quando petitur reſtitutio contra ſententiam in libello debeat proponi iniquitas, vel iniuſtitia.Bal.in l.eos.C.de ap.

Nota ꝙ vniuerſitas dedicata deo habet priuilegium minoris ætatis, Bal. in l.quotiens.de fideic.& quid de monaſterio, vide Bal.in l. pupillorum.C. de repu.hære.

An vniuerſitas & collegia habeant beneficium reſtitutionis in integrū. fac.Bal.in l.j.C.etiam per procura.in integ.reſtit.peti poſ.ex illa ratione Ia. de Are.in l.reſpublica.C.ex qui.cauſ.mat.& l.ſi. §.cum autem. de ſacroſan. eccl.& in l.quotiens.C.de fideic.

Nota ꝙ reſtitutio in integrum eſt q̄dā ſpecies ſupplicatiōis, l.minor.aut magiſtratus.de minor.& etiam eſt quædam ſpecies appellandi, l.ſi cauſa cognita.C.de tranſ.& gloſſ.in l.vnica, nil nou.in integr.reſtitu.pen.C.& text. in l.præſes. ff. de mor. vide gloſſ. magnam. C ſi de momenta. poſſ.fuer. appel.

An beneficium reſtitutionis in integrum tranſmittatur ad hęredes.fa. ꝙ ſic l.ſi infanti C.de iure deliberan. & quod ibi not. & illud quadriennium. de quo ibi loquitur, currit ſolum ab adita hæreditate ipſius minoris. vt l.Valerianus.de reſtitu. milita. C. & l.ea quæ.de temp.in integ.reſti.pe.vbi Bald.

An per reſtitutionem in integrum conceſſam tollatur obligatio naturalis? Angel. ꝙ ſic in l.minor.de procu.licet aliqui contra, ſcil. quod ſolum tollatur ciuilis.

An reſtitutio in integrum poſſit peti per viam exceptionis, Ang.in l.Papinianus.§.ſi filius.de inof.teſt.

Minor vel eccleſia non poteſt petere reſtitutionem in integrum contra ſententiam ſecūdæ ap.niſi facta plenaria cognitione. Bald.in l.j. C. ne lice. tertio prouoc.

An reſtitutio in integrum poſsit peti per ſyndicū vniuerſitatis ſine ſpeciali mandato, Bald.in l.j.C.etiam per proc.in integ.reſti.peti po.& vbi requiritur ſpeciale mandatum eſt verum vbi reſtitutio ſpecialiter petitur: ſecus ſi inci[illegible] Bal.vbi ſ.

De mu[illegible]ltit[illegible] Bal.in l.cum non voluntate.quo.& quādo in.

An in